

1.
2.
3.
4.
6.
7.
8.



1714.

1. Engelbrecht, Johann Wilhelm: Programma lectonibus
cursoriis . . . Johanni Christiani Wistneri habendum
praemissum . . .
2. Engelbrecht, Joh. Wilhelm: Resolutiones quorundam
casuum juris practicozum.
3. Engelbrecht, Johann Wilhelm: De praesumptione pro
Clero. 2 Exempl. 1714 & 1740.
4. Imhoff, Ferd. Lazarus Mauritius: An non domes-
contractus juxta usum fori Germanici, sicut consen-
suales.?
6. Leyserus, Augustinus: De revocatione Electoris
2 Exempl.
7. Leyserus, Augustinus: De injuste in homicidio
in Indulgentia
8. Trüner, Gottlieb Samuel: Oratio de harmonia fun-
damento felicitatis academicozum.

1715

1. Balthasar, Andreas Julius: De methodo medendi
generali
2. Ingebrecht, Johann Wilhelmus: Casuum aliquot juris selecti
hæc sunt resolutiones
3. Ingebrecht, Johann Wilhelmus: De reunionem perhibere
suum.
4. Leyserus, Augustinus: De jure litigandi omnibus
alienis
5. Schmidtus, Joh. Andreas: De notariis ecclesiarum
suum orientalis sicut occidentalis Protestantium
Angia. Lipsiæ secundo ed. 1756.
6. Schmidtus, Jo. Lud.: Translationem episcopi ab eccle-
sia majori et minore occasione canonis primi
Concilii Sardicæ ... disquisitioni subjicit
7. Trunz, Gottlob Samuel: De crimine alius sermone



H. n. r. 2. num. 8.

15

IOH. ANDREAE SCHMIDII
IN ACAD. REG. DVC. IVL. THEOL. D. ET PROF. PVBL.
ABBATIS MARIAEVALL. ORDIN. THEOL. SENIORIS

DE

Helms 1715, 5

NOTARIIS ECCLESIAE
TVM ORIENTALIS
TVM OCCIDENTALIS
DISSERTATIONVM TRIGA.

P. 12.

DENVO EDIDIT

IOHANNES CHRISTIANVS LEVSCHNERVS

A. M.

SCHOLAE HIRSCHBERGENSIS PRORECTOR.



L I P S I A E

APVD IOH. CHRISTIAN. LANGENHEMIVM.

1 7 5 6.



VIRIS

SVMME REVERENDIS, AMPLISSIMIS,
SPECTATISSIMISQVE

IONATHAN KRAVSIO

A. M.

ECCLESIAE AD AED. D. PETRI ET PAVLI INTRA
LIGNICENSES PASTORI PRIMARIO, ECCLESIARVM
QVAE IN DVCATV LIGNICENSI COLLIGVNTVR SVPERINTENDENTI,
SCHOLARVM PRAESIDI ET INSPECTORI RELIQV.

E T

IOH. GOTTLIEB KALINSKIO

A. M.

ECCLESIAE A. C. LANDESHVTANAE PASTORI
PRIMARIO, ECCLESIARVM SCHOLARVMQVE
DIOECESIS VTRIVSQVE ET LANDESHVTANAE
ET BOLCKENHAINENSIS REGIO INSPECTORI CET.

FAVTOIBVS SVIS MAXIMOPERE
COLENDIS

OPELLAM HANG

D. D. D.

M. IOH. CHRISTIAN LEVSCHNERVS.

VIRIS

SVMME REVERENDIS ANTISSIMIS
SPECTATISSIMIS

IONATHAN RAVSIO

ECCLIAE AD AED. D. PETRI ET PAVLI IN
LONDINENSIS PASTORI PRIMARIO ET CATHEDRAE
DUM IN DIGNA LICHONIS COLLEGIUM SVEVITICUM
SCHOLARUM PRAESIDI ET INSPECTORI SALUTE

E

ION GOTTLIEB KALINSKIO

ECCLIAE A. C. ANDRSHVTANAE PASTORI
PRIMARIO ECCLIAE SANCTI ABRHAMAE
DIOECESIS VITIGORAE ET ANDRSHVTANAE
ET CONCATHEDRALIS REGIO PRAESIDI ET

FAVORIBVS SVIS MAXIMOPRE
COLANDIS

OPPELLAM BANG

M. ION CHRISTIAN LEBECHNEVS






LECTORI BENIVOLO

s. p.

IOH. CHRISTIANVS LEVSCHNERVS.

 **E**ximum profecto vsum promittere id
ipsum vnicuique ad litteras diuinores
recte prudenter que tractandas, si sa-
cram vtrius que foederis historiam, et rerum prae-
cipue inter Christianos gestarum seriem curatius ex-
plora-

* 3

plora-

ploratam cognitamque habeat, qui neget, futurum esse, opinor, neminem. Namque plurimum ad verioris causae intelligentiam attinet, scire, quae doctrinae purioris fuerit, pro saeculorum aetatumque diuersitate, norma et facies, aut quibus sit erroribus nunc obruta quasi, turbata et diuexata. Interest praeterea cognoscere, quae rituum consuetudinumque ac dignitatum in ecclesia passim origines et mutationes occeperint, aut obtinuerint; et quae sexcenta sunt alia, de quibus singulis nominatim dicere in praesenti, neque in flituo, neque necessum fore abitror. Non autem defuerunt post litteras quidem restauratas et sacra in primis repurgata viri doctrina sanctiori et multiplici litteratura excultissimi, qui ecclesiae statum quouis tempore ac fata, vniuersam rerum inter Christianos gestarum seriem, et quae sigillatim memoratu digna in illis sunt, scrutari, explicare curatius, et commendare posteritati allaborarunt.

Vt

Vt enim e quam plurimis paucos tantum commemorem, Calixti profecto, Hildebrandi, Sagittarii, Kortholti, Schurzfleischii, Ittigii, Mayeri, Tenzelii, Schmidii, Fabricii, Vuolfii, Siberi, Frickii, Buddei, Cypriani, Loescheri, Wernsdorfii, Pfaffii, Weismani, Moshemii, Heumani, Walchii, Baumgartenii, Kappii, Ioecheri, Beieri, alii que in singulis partibus complures de sacra Christianorum historia sunt multis modis promeriti et partim adhuc egregie promerentur. Eam autem dederunt operam, vt libros nunc integros omnem historiae seriem enarraturi, nunc et disputationes, vnam illustraturi alteram que historiae particulam, emitterent. Harum insignem quidem copiam Summe Venerabili I. A. Schmidio, Iuliae Academiae, cum esset in viuis, et totius orbis eruditi ornamento eximio debemus. Dignae profecto essent, quae colligerentur singulae, collectae que lucem denuo viderent, praesertim quum
plurimae

plurimae rari et vtilioris esse argumenti soleant. In his triga quidem etiam est dissertationum, quas de Notariis ecclesiae tum orientalis, tum occidentalis A. a. C. N. CIƆIDCCXV. in lucem emisit, et quas ideo, cum rarenter hodie appareant, typis excribendas curare si denuo vellemus, operae facturi pretium videbamus. Commendatione autem nostra vltierius non indigent. Si tamen probentur tibi, L. B. plura huius generis et quidem historici argumenti opuscula, si Deus velit, a nobis in posterum expecta. Dab. Hirschbergae
Ipsis Idib. Aprilis A. R. G. CIƆIDCCCLV.





DE
NOTARIIS ECCLESIAE
TVM ORIENTALIS
TVM OCCIDENTALIS.



Argumento huic de notariis ecclesiasticis primus omnium forte mentem calamumque adiecit B. MEIERS theologus in hac Iulia celeberrimus. Is enim de duplici scribendi ratione, verbis et verborum compendiis, siglis nempe et notis, harumque inventione, usu quadruplici, differentiis et antiquatione, more suo, i. e. admodum erudite scribere instituens, manus auxiliatrices ipsi praebente viro summe reuerendo Domino D. BOEHMERO, dignissimo S. R. M. Britannicae consiliario ecclesiastico, generali superintendente, et praesule Wunstorpiensi, Patrono meo omni honoris et obseruantiae cultu nunquam non deuenerando, pauca addidit de institutione notariorum, et diuisione. Et optandum sane foret, vt B. viro coepto insistere licuisset, et ad reliqua progredi momenta. Verum morte praeventus necessitatem imposuit aliis, tum confitendi eximium opus hoc fato intercidiisse, tum de notariis hisce ulterius cogitandi. Quorum in numero cum illi essent, quibus morem gerere debeo, hanc rem pertractare constitui, *) qui, si res, vt voti,

*) Defendentis partes in hac dissertatione triga tuitus est DAVID SCHARF, Hoiensis, qui et in elaborandis iis potiore operam praestitit:

A

fic arbitrii mei fuisset, alii cuius hoc muneris impositum maluiffem, qui et suscepturus lubentius, et administraturus id fuerat rectius. Etenim non sum nescius, tantam eius grauitatem aequae esse, quam amplitudinem, vt qui rerum antiquarum plurima atque varia scientia destitutus, et ad praefens imparatissimo propior, vel ideo censoria nota notandus cunctis videri queam. Ast cum in negotio hoc, sicut dixi, nullae optandi, sed tantum obsequendi relictae mihi sunt partes, defectumque omnem consilium supplet summe venerabilis domini Praefidis, patroni, praeceptoris ac hospitis mei omni venerationis et obsequii cultu aeternum prosequendi, hac spe mihi blandior, fore, vt periti rerum aestimatores conatum meum aequi bonique consulant. Quare illud dimittens, principio statim, priusquam dicenda ordiar, instituti mei exponam rationem. Dispiciam autem primo, tam nomen notarii, quam notas, synonyma, diuisionem, ac originem notariorum ecclesiasticorum in ecclesia vtraque orientali et occidentali; postea officia illorum; postremo requisita eorundem, vitia, numerum, dignitatem et titulos. Res ingentis voluminis a) vnus vel alterius dissertatiunculae angustiis includam, omisso etiam dictionis cultu, quem praesentis materiae celebritas postulare omnino videbatur, quia nec locus, nec tempus patitur pro rei dignitate inhaerere illis, lectorique beneuolo iucundum fore existimo, vt paucis legat exposita, quae fusa explicata, nauseam forte creent ac taedium.

CAPVT I.

DE

NOMINE NOTARII ET NOTIS.

§. I.

Quod igitur bene vertat, in rem praesentem ibimus, et quoniam methodi ratio postulat, vt originem vocis sedulo expendamus, inuestigabimus statim illam. VOSSIVS scribit, b) nihil causae videre se, cur non a gallico *notaire* latinum *notarius* for-

a) Testem hac in re habeo MONTE-FALCON, in *palaeogr. gr.* lib. I. cap. V. p. 35. cuius scriptoris, vt et aliorum copiam adeo liberaliter mihi fecit vic celeberrimus Dominus a MASTRICH

syndicus Reip. Bremensis longe meritissimus, vt et publico illi deuinctum me eo nomine esse lubens fatear.

b) de *viris sermonis falso suspectis* p. m. 387. c. 2.

formemus. At difficile hoc est creditu; quid quod falsum videtur reputantibus, ad quam temporum classem et articulum vtriusque linguae origo pertineat, tam latinae, quam gallicae. Balsamon a *notis musicalibus* derivat nomen, c) DOMINICVS MACER vero a *notificando*. Verba huius d) sunt sequentia: *Errat tamen glossa in can. Monachus dist. 77. asserens notarium a notis ita appellari, nam a notificando ita dicitur, ut idem Baronius ann. 447. num. 10. bene advertit.* e) Sed cum probari neutiquam possit et ritum illum notificandi, vel pontifici nomina baptizatorum, vel populo litanias, et processiones a pontifice habendas, quem ex ordine Romano colligi posse Fresnius arbitratur, in ecclesia inualuisse, quamprimum notarii in illam introduci, et ab initio statim notariis incubuisse pueros docere musicam, nemo, opinor, erit, qui statueret pergar, a ritu isto, ac institutione, petendam esse originationem vocis.

§. II. Propius ad etymon accedunt, qui deducunt a notis. f) Quandoquidem autem vox *nota* non vnus est significacionis (quippe generatim hoc nomine quodlibet signum venit, speciatim vero notae vocantur siglae et characteres litterarum, et magis strictè sumitur, characteres duntaxat comprehendens) adeoque varii generis sunt notae, animus non est, quod praemoneo, generaliore attendere significatum, deque cunctis et singulis agere in praesenti. Hinc non addo iam viarum g) notas, Nilii, h) digitorum pariter, ac oculorum pedumque, i) conuiuio-

A 2

rum,

c) Si MACRO credimus, colligenti id ipsum (collectio enim est admodum violenta) in *hierolex. voc. Notarius* ex verbis, quae BALSAMON adiecit *can. 62. conc. trull. vid. synod. tom. I. p. 231.*

d) *d. l. voc. proto-notarius. p. 501.*

e) Aduertit quidem, non vero inficiatur a notis nomen suum habere notarium.

f) Sunt vero illi: AVGVSTINVS lib. II. de *doctr. christi. c. XXVI.* ISIDOR. *Orig. lib. I. c. XXI.* OCT. FERRARIUS in *lib. de origine Rom. vid. thes. antiqu. Rom. tom. I. p. 12.* ANDR. TIRAQVELL. in *annot. ad Alex. ab Alex. Gen. D. lib. II. cap. XXX. p. m. 194.* GOTHOFREDVS in *not. d. ad*

l. 33. lib. 4. ff. tit. 6. BEVEREGIVS in praefat. praemissa inst. chron. MONTE-FALCON. in palaeogr. gr. lib. I. cap. V. p. 35. et lib. V. cap. II. p. 351. RVI-NART. in *actis martyrum p. 144.* WELTZIVS in *not. ad Prudent. p. 604. etc.*

g) Vid. NICOLAI tract. de *siglis veter. c. XXIX.*

h) Evolue si lubet STRAB. *geogr. lib. XVII. p. m. 562.* BANGERTVM in *not. ad Helmsold. chron. Slaavor. p. 538. seqq. et PHIL. BEROALD. comment. in Apuleii de asino aureo lib. II. p. 303. sq.*

i) Ad quas alludunt SALOMO *Progr. c. VI. v. 13.* OVIDIVS *amor. lib. I. eleg. IV. et TIBVLLVS lib. I. eleg. 2.*
Conf.

rum, k) lucernarum, l) monetarum m) vectigalium, n) templorum, annulorum, vestimentorum, calceorum, artificii vel officii confecti, suppellectilis cuiusuis, aedium, sepulcrorum. o) Non notas commemoro ponderum et mensurarum, p) illasque quibus homines q) olim notabantur vel in fronte, r) vel in maxilla, s) vel in brachiis t) manibusque. u) Taceo de militaribus

Conf. ISIDOR. *Orig.* lib. I. c. 25. quosque de digitorum notis speciatim agentes B. GEIERVS citat in explicacione disti Salomonaci, *Bedam de indigitacione*, *Lignarid. oblect. uca.* cap. 6, et *Pinto Kamirez spicil.* c. 120. n. 7. immo quorum FRESNIUS meminit in *gloss. lat. V. signum*, *Hug. a Port. Coel. Rhodigin. Frederic. Morellum et Haefzenum.*

k) Adi AELIVM SPARTIANVM p. m. 274. et DILHERRVM in *appar. philol.* p. 493. sq.

l) De quibus videri potest, quem citat HOFFMANNVS in *lex. vn. voc. notae*, Licetus.

m) Consule MONTEFALCON, *d. I.* lib. V. cap. IV. illosque, qui de nummis scripsere.

n) Quas idem MONTEFALCON. adducit c. I. Caeterum ad reliquas non minus, quam superiores conferri poterit NICOLAI *d. I.*

o) Vid. NICOLAI *de sepulcris hebr.* lib. IV. c. III.

p) Quae graecis speciatim visitatae fuerunt, eas MONTEFALCON. exhibet *d. I.* lib. V. cap. V. Latinorum vero DEMETRIVS ALABALDVS exposuisse legitur, vt et BEDA in *tr. de ratione unciarum* (qui vna cum priori de minutis inter auctores reperitur latinae linguae in vnum corpus redactos. Coloniae Allobrogum anno MDCXXII.) nec non RABANVS MAVRS in libro *de computo* a Stephano Baluzio edito. Vid. notae sentent. a FRESNIO *adiectae gloss. gr.*

q) Vt plurimum quidem serui, non tamen vnice, quippe et alios homines interdum signatos esse ex PONTIO DIACONO constat. not. r. citato. Idcirco seruales quoque notae distae, quas a CICERONE Threiciis vocatas esse alii volunt, non sublato tamen discrimine, quod intercedit illas inter et has, quodque in eo situm, vt notae Threiciae non seruitutis, sed nobilitatis sint insignis, et nominatim vel fidelitatis coniugalis vid. ANT. DE GUEVARA *borol. princ.* p. 234. vel cultus idololatri. vid. PLVTARCH. apud STEPHANVM in *voc. sig.* et COEL. RHODIGIN. *antiqu. lect.* lib. XVI. cap. X. p. 597.

r) Vid. PONTIVS DIACONVS in *vita Cypriani*, AELIAN. *var. hist.* lib. II. c. IX. et SCHEFFER. *adnotam. ad b. V. ALEX. AB ALEX. I. c.* lib. V. cap. XVIII. CALVINVS in *lex. voc. tripartit.* LAVR. PIGNOR. *de seruis* pag. 19. seqq. ZWINGER. *theatr. vit. hum.* p. 816. col. 2.

s) Maltiosos enim poena hac suo tempore affectos esse, de eo dubitare nos non sinit editum HENRICI Imperatoris, BYRCHARDE item lex familiae et RADEVIC. lib. 3. cap. 26. Vid. FRESNE *gloss. lat. voc. signum*, *character, combustio*, in *maxilla comburi*.

t) Fabricensium enim brachiis notas publicas, quae stigmata vocantur, inscriptas esse constat ex *l. 3. cod. de fabricensibus*.

u) De Aquariis res manifesta est ex ZENONIS edicto, quod *l. 20. C. de aquae*

bus x) notis, suffragatoriis, y) tesslerariis, fortiaris, magicis. z) Censorias, a) iudicii, b) arithmeticas, c) chronologicas in diplomatis addi solitas, d) easque, quae in fine librorum descriptorum a calligraphis adhibebantur, e) musicas, f) sententiarum, g) chy-

A 3

liqua exhibitur. Nec minus idem apud milites obtinuisse tempore Mauricii Imperatoris, iure colligi potest ex GREGOR. M. ep. LXII. lib. II. ind. XI. Conf. quod apud GOTHOF. ad l. 3. C. de fabricensibus in not. et CALVINVM in voc. *signata*, citatum reperitur *Ael. (rectius, Aer.) Amideni testimonium* lib. 8. c. 12.

x) Quarum nomine litterae in primis tres istae veniunt, e. sc. T. (vel iuxta LIPSIVM V. vid. NICOL. d. I. p. 188. iuxta REINESIVM T. Id. p. 189. alios vero K. vid. REIZ. *annotat. ad Goodwin. Mos. et Aaron.* p. 405.) et A. Conf. ISIDORO. *Orig.* lib. I. c. 23. et FRESNE in lit. T. et Th. seu e. Quae reliqua sunt huc pertinentia, de industria praeterimus silentio.

y) Vna cum tesslerariis, fortiarisque vberius explicatis ab HERMANNO HVGONE de *prima scribendi origine* c. XXIV. XXV. XXVI.

z) Quas codex regius complectitur 3482. bombycinus, teste MONTEFALCONIO in *palaeogr. gr.* lib. I. c. 7. p. 65. Sunt vero inter illas Ephesiae vulgosc dictae litterae, quas Ephesius (vid. SVID. in v. *ἑφεσια γραμματικα*) in certamine cum Milesio ad talum habens semper superior fuit illo, CLEMENS vero ALEXANDRINVS recenset *strom.* lib. V. p. 568.

a) Conf. PREVOT. *comment. de magistr. rom.* c. X. p. 146. seqq.

b) i. e. certas quasdam litteras, quarum in designatione dissentient auctores. Vid. ISIDOR. l. c. lib. I. c. 3. DILHERRI *appar. philol.* p. 478. GOODWIN. *Mos. et Aaron.* p. 405. 406. SERT. VRSAT. *libr. de not. lit.* O.

LVDOVICI *exercit. ad panegy. Plin.* p. 86.

c) Quae vel digitis, eorumque sitis vario conficiuntur; (BEDA in tract. de *computo vel loquela per gestum digitorum.* PETRI COLVI *not. uber. ad Apuleii opera omnia* p. 266. COEL. RHODIGIN. *lect. antiqu.* lib. XXIII. c. XI. XII.) vel litteris exprimuntur ab arabibus, syris, samaritanis, aethiopicis, (vid. BEVEREGII *instit. chron.* p. 191. seqq.) graecis et latinis; vel ciffis perscribuntur, quarum figuram pristinam, ab ea, quae hodie obtinet, toto coelo differre MABILLONIVS docet in *de re diplom.* lib. II. c. XXVIII.

d) De quibus prolixo non minus ac erudite egit MABILLON d. I. lib. II. c. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. et XXVIII.

e) Exempla qui desiderat, MONTEFALCON. *adeat d. I.* et quamplurima inueniet.

f) Fusc expofitas ab ALSTEDIO in *encyclopaed.* lib. XIV. cap. V. Conf. ven. Dn. Praesidis *diff. de cantoribus.*

g) Marginales dictas a MONTEFALCON. d. I. lib. V. c. V. p. 370. et grammaticales a NICOLAI c. l. p. 104. quas ISIDORO *momente l. c.* lib. I. cap. 20. antiqui ad distinctionem scripturarum carminibus et historiis apposuerunt. Sunt vero numero XXVI. ab eodem ISIDORO l. c. FRESNIO in *appendice vltima gloss. gr.* et MARTINIO in *lex. philol.* voc. *Notae exhibitae subiuncta* explicatione illarum. Conf. WOWERII *polymath.* cap. XVII. et AEGIDI MERNAGII *obferuat. in Diog. Laertii* lib. III. p. 96. seqq.

chymicas, h) mathematicas, astronomicas, iatricas, litterarum, i) iuridicas, k) hieroglyphicas l) et quamplurimas alias non adtingo.

§. III. Proponam vero considerandas tam notas litteras, seu litteratas, quam non litteras, seu illitteratas, quia ad hunc locum vnice faciunt, et notarios his et illis vsos esse in scribendo, dein conabor ostendere. Illae siglae alias dictae, m) nec non figla, n) biglae, o) singula, p) singlae, q) vigla, et simpla, r) *compendia erant litterarum*, (verbis vtor VOSSII) s) *cum vna vel duae litterae* (addo, interdum tres pluresue) *pro voce ponerentur pluribus litteris constante*. Quod dixi paucis exemplis efficiam apertius: *populus romanus per litteras P. R. scribebatur*. addita interpunctione,

h) Vid. de his et mathemat. astronom. ac iatricis notis CAROL. DU FRESNE *adlit. ad gloss. graec. et MONTAFALCON. d. l. lib. V. c. VI.*

i) Vel veris enim scribebant verbis, vel litteras transponebant, quo vltimo scribendi genere tam Caesarem vsum esse, quam Augustum SVETONIVS refert in illorum vita. Nec antiquis tantum temporibus, sed insequentibus, imo etiam nostris metathesis haec litterarum variusque per illas occulte scribendi modus amatores inuenit non paucos.

k) in eius gratiam, qui plura de iis scire cupit autores nomino, INNOCENTIVM (vid. *notitia iuris* praemissa ed. Lipsiens. corp. iuris ciuillis 4. 1705.) de *litteris notis iuris* a SALMASIO primum erutum et bibliotheca Palatina, et a NIC. RIGALTIÒ tandem editum inter auctores finium regundorum Lutetiae 4. A. 1684. MAGNONEM, inter autores varios latinae linguae extantem, qui Caecoli M. tempore peculiarem illis interpretandis impendit operam in epusculo, cuius initium est sequens,

Haec iuris *experta* libens rex accipe
Carle
Offeret deuotus, quae tibi Magno
tuus.

et DILHERR. l. c. p. 494. seqq.

l) Quas ex antiquis (ne alios commemorem) Ocus exposuit, siue Horus Apollo, quem cum Hore seu Horopoline graeco grammatico perperam nonnulli confundunt iudice MORHOFIO in *polybist.* tom. I. lib. IV. c. II. quo in loco et editiones autoris huius, et versiones eius annotat, circa quod moneo, annum minus recte positum esse, quo HOESCHELIUS edidit hieroglyphica Horopolinis, siquidem haec, non vt MORHOF. scribit anno 1605, sed anno MDVCI. e. anno 1595. lucem adspexere.

m) Vid. DN. CYPRIANI *diff. de Siglis.*

n) Vid. de *ratione iuris ad antecess.* §. 8.

o) Conf. GOTHOFRED. in *not. not. d. ad l. 33. §. 1. ff. ex quibus causis maiores.*

p) Conf. GOTHOFRED. in *not. not. u. ad cod. de officio praefecti praetorio.*

q) Vid. de *confirmatione dig. ad magistrum senatum* §. 22.

r) Vid. de *concept. dig. ad Tribon.* §. 13.

s) de *art. gramm. lib. I. cap. XL. p.* 138.

tionem, qua omiffa praetor denotabatur; t) adiutor per ADI; dictator per DICT; excursor per EXCUR; neptunus per NEPTVN; germanicus per GERMANIC. etc. u) Θεός, per ΘC linea superposita; παρῆς, per ΠHP. νόμος per KC. etc. x) Has notas literas, qui confert cum iuridicis, aliisque notis, non omnibus tamen, quas adduxi ante, facile videt, vt speciem a genere, ita etiam illas notas a siglis tantum differre, quarum in originem vltorius lubet inquirere.

§. IV. Antiquas eas admodum esse indicio sunt, *voσσioy*) iudice, CICERONIS verba: z) Deinde etiam si quid apud maiores nostros fuit in isto studio admirationis: id enuntiatu vestris mysteriis, totum est contentum et abiectum. Possset agi lege, nec ne, pauci quondam sciebant. fastos enim vulgo non habebant. erant in magna potentia qui consulebantur: a quibus etiam dies tanquam a chaldaeis petebantur. Inuentus est scriba quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit, et singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, et ab ipsis cautus iurisconsultis eorum sapientiam compilavit. Itaque irati illi, quod sunt veriti, ne dierum ratione peruulgata, et cognita, sine sua opera lege possset agi, notas quasdam composuerunt, vt omnibus in rebus ipsi interessent. Imo RADERVS Iudaeam multis annis ante Ciceronem siglarum artem inuenisse statuit. a) Verum enim vero de auctore variae sunt scriptorum senten-

c) Conf. HVB. GIPHAN. *comm. in inslit.* p. 51.

u) Plura qui de his legere cupit, evoluat M. VALERIVM PROBVM, qui sub Augusto vixit, (fallitur enim egregie OCTAVIANVS FERRARIVS, quando in de *origine romanorum* refert, vid. *thesaur. antiqu. rom.* tom. I. p. 14. Valerium Probum librum scripssisse de C. Iulii notis. i. e. non de siglis sed notis litterarum) PETRVM item DIACONVM, (quippe MABILLONIVS minus vere dixit in de *re diplom.* l. I. c. XI. §. XVIII. Petr. Diacon. easdem explicasse notas, quas GRVTERVS protulit in lucem,) qui Conradi I. Imp. tempore floruit, (quorum tractatus vna cum aliis, inque his autore quodam perantiquo in vnum redacti corpus a

FRID. LINDENBROGIO, cum notis eiusdem prodire in 8. Lugduni Batauorum a. c. 1549. vid. *notitia inuis* iam ante citata) et SERTORIVM VSATVM de *notis romanorum*. Inspicienti tamen cauendum erit, ne typographorum incuria, quam deprehendere licet in autoribus memoratis, seductus, in siglarum descriptione errorem erret haud contemnendum.

x) MONTEFALCON. c. I. lib. V. cap. I.

y) d. l. p. 139.

z) pro *Muraena* p. 478. tom. II. op. Cic.

a) Videatur, qui plenius exhibet RADERI verba, NICOLAI d. l. cap. IV. p. 16.

sententiae. Quidam ipsi Adamo inuentionem illarum tribuunt, alii Sethi liberis, alii Abrahamo, alii tandem aliis. b) Sed assensum illis praebere vix possum. Argumentum enim, quod ego quidem inueni, quoque hoc demonstrare satagunt, qui inuentionis gloriam illis tribuunt, quos nominaui, huc redit, quia Adamus, vel Sethi soboles, vel Abrahamus, vel quicumque demum alius litteras primus inuenit. Illationem autem hanc, nullam esse, quae a litteris procedit ad siglas, notius est, quam vt a me dici oporteat.

§. V. Tutius agunt illi, qui nihil certi de origine siglarum determinantes, hebraeos non solum, sed et graecos ac latinos in scribendo eas adhibuisse asseuerant. De hebraeis, vt de singulis ordine dicam, res certa est, quippe hoc abbreviaturae ipsorum docent, de quibus apprime conueniens est locus 10. *BUXTORFII*. c) *Abbreviaturae*, inquit, *sunt aliarum vocum litterae initiales in vocis formam coniunctae, et duobus apicibus superne notatae, quarum singulae singulas dictiones alias connotant. Hinc ab hebraeis vocantur ראשי תיבות capita, initia vocum. Tantopere hoc scribendi compendio hebraei gaudent, vt nullus liber, nullum scriptum, nulla epistola, nulla pagina aut scheda eo fere careat. --- Peperit eas partim scriptiois celeritas, partim vsus celebritas. Graecos itidem per siglas scripsisse quondam, et codices testantur antiqui, d) et NICOLAI colligit ex exemplis, quae adducit. e) Primum est nomen ADAM quatuor indicans mundi plagas: f) Alterum IXOTĒ Iesum Christum Dei filium seruatorem indicans: Tertium KAPAI cuius litterae quinque totidem designant patriarchas, Constantinopolitanum scilicet, Alexandrinum, Romanum, non vero Ruthenum, vt *l. c.* erratum ab operis esse existimo, quibus adesse non potuit cl. auctor, g) Antiochenum, et Ierosolymitanum. Quartum et reliqua recensere superfedeo. Postremo eundem latinis fuisse morem, non est, vt prolixè probem. Audiamus VALERIVM PROBVM qui ita inquit: h) *Apud veteres cum vsus notarum**

b) Vid. NICOL. d. 1.

c) in tractat de abbrev. hebr. p. 2.

d) Vid. MONTEFALCON. d. 1.

e) c. l. cap. V. p. 21. seq.

f) Conf. WAGENSEIL. for. p. 112.

g) Nisi forte respicere quis velit ad hodiernas graecorum sedes, inter quas et Moscovitarum vtiq̄ue est, tum temporis nondum existens, cum vox haec fuerit inuenta.

h) In praefat. libelli de notis romanorum interpretandis.

rum nullus esset, scribendi facultatem, maxime in senatu, qui aderant, scribendo, ut celeriter comprehenderent, quaedam verba atque nomina ex communi consensu primis litteris notabant: et singulae quid significarent, in promptu erat. ----- Publicae sane (intellige notae) tenendae sunt: quae in monumentis plurimis et historia- rum libris, sacrisque publicis reperiuntur, ut P. Publicus etc.

§. VI. Haec VALERIVS PROBVS de siglis, quas iuxta at- que notas, seu characteres, a legum codicibus abolendas sanxit IUSTINIANVS i) quia et errori k) ansam dabant et fraudi, non vno dein modo explicari coeptae. Quod ut demonstrem exem- plo, deorum populumque romanum ita scribebant siglis S. P. Q. R. quas diuersi diuersimode postea interpretati: serua populum, quem redemisti: stultus populus quaerit Romam: sancte pater quid rides? R. Rideo quod papa sum: sono poltroni questi Ro- mani, h. e. interprete LANSIO l) Romani hodierni sunt nequam et ignaui.

§. VII. Missis siglis progredimur tandem ad notas proprie sic dictas. Sunt vero illae de CANGII m) sententia, signa quae- dam litterarum, quibus vox integra intelligitur. Itaque mirum haud est, quas graeci χαραγματα et σημεία n) designant, has latinos signa verborum, figuras, zifras, furta verborum, imagines, pun- cta et catenas nuncupare. Ut autem dictis meis fidem concilium, age, autores producam hoc ipsum confirmantes. S. BASILIVS ἐι λόγοι inquit ο) τὴν φύσιν ὑπόπτειον ἔχουσι διὰ τὸ το σημείων χηρῆσιν ἢ αἰ ἰπταμένον αὐτῶν λάβη τὸ ταχὺ ὁ γράφων σὺ ἔν, ᾧ πᾶσι, τὰ χαραγματα τέλεια ποιεῖ, καὶ τὰς τύπας ἀπολόουως κατὰσίξε, per χαραγματα ibidem et σημεία non literas, sed notas intelligens, id quod ἀναντιλέγητον et extra controuersiae positum est aleam. Bas-
lio

i) in constitut. ad Tribonianum §. 13. ad senatum item et omnes populos §. 22. et magnum senatum §. 22. nec non antecessores, §. 8.

k) Pulcherrime (SALMVTHO teste in Princ. p. II. p. 264.) BARNAB. BRISSONIVS lib. 4. select. interpret. c. 21. Quis enim, si eiusmodi velut stigmatum notis deformatos veteris iuris prudentiae libros Iustinianus ad nos transmisisset, earum sese laqueis expedire possisset, aut quis in illis reddendis expri-

mendisque lium altercationumue finis fuisset, cum in earum interpretatione Tribonianus ipse frequenter haesisse deprehendatur. Conf. MONTEFALCON. d. I. lib. V. cap. I. p. 342. et 347.

l) in orat. contra Italiam pag. 569.

m) in gloss. lat. voc. notae.

n) Qua voce tamen, dum generalis est, siglas denotat MAGNO in epigra- phe ad Carolum Magnum supra posita.

o) in epist. 178. ad notarium.

lio iungimus CICERONEM ita scribentem: p) *Et quod ad te de X legatis scripsi, parum intellexi, credo, quia diu σημείων scripseram, i. e. vt DILHERRVS q) docet, per notas strictiori sensu acceptas. Nec silentio est praetereundus PLVTARCHVS, qui, notas r) σημεία s) appellat. Quemadmodum igitur notas, χαρακματα et σημεία appellatas esse ex supra dictis constat, ita etiam reliqua notarum synonyma nullo labore confirmari queunt. Signa etenim dictas esse ostendam verbis sancti HIERONYMI. Sic autem ille t) de scripturis pauca perstrinxi, nec orationem meam, vt in caeteris libris facere solitus sum, illarum floribus texui. Extemporalis est dictatio, et tanta ad lumen lucernulae facilitate profusa, vt notariorem manus lingua praecurreret, et signa ac furta verborum volubilitas sermonum obrueret. Ne dicam in praesenti de testimoniiis, quae NICOLAI adducit, u) OVIDII, HORATII et SIDONII APOLLINARIS, x) profero saltem, quod in martyrio S. GENESII Arelat. apud SVRIVM 25. aug. scriptum, in FRESNII gloss. lat. y) in haec verba legitur: Sanctius itaque Genesius in iuuentutis flore primaevae provincialis militiae tyrocinium suscepit, eam officii partem studio et arte complexus, quae patronorum verba vel nova signorum velocitate, vel dexterarum sonum vocis aequaret. Spiritalem futurae gloriae imaginem praefigurans, vt qui praecepta divina celeritate audiret, ea fidelibus notis pie mentis exciperet. Porro notas figurarum nomine venire ex ENNODIO patet in vita sancti Epiphani episc. Ticinensis: z) Notarum in scribendo compendia et figuras varias verborum multitudinem comprehendentes breui affecutus, in exceptorum numero dedicatus enituit. Tandem, ne prolixus sim, notas zistas a) etiam ac imagines esse dictas ex QVINTILIANO, SPIEGELIO, PORTA et PANCIROLLO, quos citat NICOLAI; b) furta vero verborum, puncta et catenas, ex HIERONYMO c) liquet et*

p) ep. 32. lib. XIII. ad Atticum.

q) in notis ad LIPSIJ tractatum de notis romanorum. Vid. appar. philol. DILHERRI p. 491. Aliter tamen sentit VOSSIVS d. l. p. 139.

r) Presse sic dictas, non vero late vt VOSSIVS vult d. l.

s) in Catone minore p. 263.

t) In epistola XLVII. de vitando suspecto contubernio, Conf. Et. ep. XXXIV. ad Iulianum.

u) d. l. p. 6. 7.

x) lib. IX. ep. IX. p. m. 263.

y) voc. notae.

z) p. 360.

a) Conf. CVTIAC. obseru. lib. III. p. 62.

b) c. l. p. 7. §. III.

c) cuius verba iam iam adduximus partim, partim quoque extant in epistola eius tertia.

et PRUDENTIO d) Allatis hisce synonymis siglarum vocem annumerat SALMVTHVS e) (vna cum NICOLAI presse eum sequente,) hac praecipue causa, quia notas proprie sic dictas, tempore Iustiniani ita vocatas esse probari posse existimat, f) nec tamen negat, sed profitetur potius discrimen, quod intercedit utique inter sigla et notas presse sic dictas. Illa, vt ex antecedentibus constat, litterae sunt, hac vero non. Cuius rei probandae causa adducitur vulgo l. 6. §. 2. ff. de bon. possessionibus l. 40. pr. ff. de testamento militis. Alii addunt g) l. 33. §. 1. ff. ex quibus causis maiores l. 9. §. 4. ff. de haeredibus instituendis l. 1. §. 6. ff. de extraordin. cognit. quo iure quae iniuria, nostrum non est dispicere, quibus probasse sufficit notas stricte sic dictas non esse siglas. Et sane differentiam hanc MANILIUS h) VARRO, i) TVRNEVS, k) SCHOLIASTES BASILIC. l) DILHERRVS, m) CUIACIVS, n) MONTEFALCONIVS o) tradidere, vt plures alios omittam. Hanc neque LIPSIVS p) nesciuit, nec WOWERIVS, q) quos verbis tamen hac in materia dissidentes conciliare allaborat NICOLAI, r) Lipsio latiore adscribens vocis notae acceptionem, Wowerio vero strictiorem, cum paulo ante asseruerit, Lipsium duplicem statuisse apud veteres scribendi modum, vnum scilicet per notas, alterum per siglas, Wowerium contra triplicem per notas siue διὰ σημείων, litteras singulas seu siglas, et verba integra. Verum Lipsius duplicem scribendi modum exprimere volens, SCRIPTURAE quidem meminit et NOTARIAE s) (per quam, artem aequae per siglas scribendi intelligit, quam per notas) non autem notarium

B 2

et

d) Lib. περι τεφανων hymno IX. condito in passionem sancti Cassiani Forocornelensis.

e) in comment. ad Panciroll. p. II. p. 264.

f) ex epist. EI. ad antecess. §. 8.

g) Vid. NICOL. d. l. p. m. 7. §. III.

h) lib. IV. astronom. p. 86. SCALIG. in not. ad. b. l. p. 287.

i) Teste MARTINIO in lex. philol. voc. nota.

k) in Adu. lib. XIV. cap. XXIV.

l) ad lib. 40. pag. 293.

m) in appar. philol. p. 492.

n) in obseru. lib. XIII. p. 364. seq.

o) d. l. lib. V. c. I. p. 344.

p) Vid. EIVSDEM epist. XXVII. cent. I. ad Belgas.

q) Vid. EIVSD. polymath. c. V. p. 48.

r) d. l. p. 5. et 6.

s) Quae aliis notoria audit, qua de voce TVRNERVS egit in aduers. lib. XIV. c. XX. WOWERIVS loc. cit. cap. V. p. 51. SALMASIVS in not. ad Trebell. Poll. et Flau. Vop. Vid. historiae Augustae scriptores Lugduni Bat. ed. anno 1671. p. m. 398. 512. BARON. ad ann. 262. n. 25. et FRESNE in gloss. lat.

et siglarum; nec si ita locutus esset (notas licet pro signis et litteris simul haberet,) immunis foret a contradictione quadam, eaque vera. Venio iam ad originem notarum, quae incerta admodum est, variisque implicata cernitur difficultatibus. Nos auctores secuturi, quae diuersa prodiderint hac de re, sub nominibus ipsorum trademus. De sententia PLUTARCHI, CICERO est notarum auctor. Verba illius haec sunt: τ) τῆτον μόνον ὡν κάτω εἶπεν διασωξασθαι φασὶ τὸν λόγον, κινέωντος τῆ ὑπάρτε τὰς διαφέροντας ἐξέτιντι τῶν γραφῶν, σημεῖα προδιδάξαντος ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων ἔχοντα δύναμιν. ---- ὄντων γὰρ ἦσαν, οὐδ' ἐνέκτηντο τοῖς καλεμένοις σημειογραφῶς. ἀλλὰ τότε πρῶτον εἰς ἕχθος τι καταστῆναι λέγουσι. quae HERMANNVS CRUSERIVS ita reddidit; u) Hanc orationem Catonis perhibent vnam extare: quod consul Cicero expediuissimas scribas ante docuisset notas, quae minutis et breuibus figuris multarum vim literarum complectebantur: ---- Nondum enim vsi fuerant, neque habebant exceptiores actuarios: sed tunc primum rudimenta eos asserunt posuisse. Neque ego is sum, qui ignorem LIPSIVM alicubi x) scribere, etsi Plutarchus et Dion patronis attribuant notarum inuentionem, Plutarchum tamen pro Tirone magis esse. Atqui vero a Lipsio quae hanc in rem dicta sunt, tam non amplexor, vt ipsis a verbis illa non parum abudere etiam existimem. Equidem Tirone notas inuenisse ab EVSEBIO y) obseruatum animaduerto, qui in chronico z) haec habet: M. Tullius Tiro Ciceronis libertus, qui primus notas commentus est, in Puteolano praedio usque ad centesimum annum consenscit. Verumtamen, qui hinc inferri posse putant, pro Tirone Plutarchum quoque pugnare, sibi habeant sua, nos dissentimus. Alium porro inuentorem adducit DIO CASSIVS, qui πρῶτος, inquit (de Maecenata loquens) σημεῖα τινα γραμμάτων πρὸς τόχους ἐξέθηκε i. e. a) primus ad celeritatem scribendi notas quasdam literarum excogitauit. Nam qui cum Lipsio Dionem Cassium mente non refragari censent Plutarcho et Eusebio, etsi paene verbis, ab

iis

t) in Catone minore p. 263.

u) Vid. version. ab ipso adornat.

p. 523.

x) in epist. citata.

y) quem sequitur BEVEREGIVS.

Vid. EL. praef. praemissa Instit. chronol.

z) p. 156. ad ann. MMXII. quod vult BEVEREGIVS d. l. vel MMXXXIX, quae sententia est HORNEII in compend. hist. eccles. p. 206.

a) Vid. DION. ex edit. Leuclanui p. 552.

his validiores requirimus rationes: tantum abest, ut nos moueant illae, quas adferre videtur LIPSIUS, dum ait: b) *Non hercle primus* (Maecenas puta) *omnes, sed quasdam ex iis, (inuenit) et auxit.* Imo uerua nec Cicero, nec ipse: sed liberti eorum, ut ex Isidoro clarum: etsi Plutarchus et Dio patronis attribuerunt. Seneca noster magis ingenue: quid loquar verborum notas, quibus quamuis citata excipiat oratio? vilissimorum mancipiorum ista commenta sunt. Apparet enim nihil esse, cur Senecae Isidorique verba fundamenti loco ponat, mentem explicaturus Dionis Cassii. Taceo iam, minus recte ab huius ad illius mentem colligi. Non refero Isidorum seculo demum septimo floruisse, quo tempore maiorem huius rei, quam longe ante, viguisse cognitionem vix est probabile, ne quid dicam durius. Praetereo ipsum Lipsium Isidoro per omnia minime assentiri. Illud tamen silere nullo modo possum, quod MEIBOMIUS scribit: c) *Et qui tacet* (Lipsius) *de Seneca, (patrem intelligit) d) quem de notis rem perfecisse scribit Isidorus?* Etenim nec iste ex vilissimorum mancipiorum numero fuit, nec Maecenati vitio verti potest, quod illi dedecori non fuit. Dionem excipiat ISIDORUS, qui originem notarum ad Ennium referens his utitur verbis: e) *Vulgares notas Ennius primus mille et centum inuenit. Notarum usus erat, ut quicquid pro concione vel contentione, aut in iudiciis diceretur, librarii scriberent complures simul astantes, diuisis inter se partibus, quot quisque verba, et quo ordine exciperet.* Romae primus Tullius Tiro Ciceronis libertus commentatus est notas. Sed tantum praepositionum. post eum Tertius Persannius, Philargius, et Aquila libertus Maecenatis alius alias addiderunt. Deinde Seneca, contracto omnium digestoque aucto numero opus effecit in quinque milia. Adderem quoque PETRUM f) DIACONVM primi inuentoris reticuisse nomen in praefat. libri de notis romanorum ad Conradum Imperat. scripti, quae in haec verba legitur: *Nunc quas primus notas instituit, scribamus. vulgares notas habemus. primus mille et centum inuenit, ad hunc scilicet usum, ut quicquid per contempionem praesentium diceretur, librarii*

B 3

b) c. l.

c) in vita Maecenatis c. XXVI. n. 6.

d) quae opinio non est falsa, licet PETRUS DIACONVS recedat ab ista, de L. Annaeo Seneca loquens, non M. Ann. Seneca i. e. filio, non parente.

e) origin. l. I. cap. XXI.

f) Non Paulum, uti perperam citatur ab HOFFMANNO in lex vni. voc. notae duabus vicibus, et FRESNIO in gloss. lat. lit. T. et th. qui tamen alibi Petrum illum vocat.

librarii scriberent complures simul astantes diuersis inter se partibus, quot quisque verba, et quo ordine exciperet. Dehinc Tullius Tyro Ciceronis libertus notas praepositionum commentatus est. Post hunc Philargius, Samius, et aliqui Maecenatis alias addiderunt. Deinde Lucius Annaeus Seneca contractas omnium digesto et aucto numero opus in quinque millia extendit. Adderem inquam hoc, ni res ipsa loqueretur, omne id ex Isidoro depromptum, adeoque cum CANGIO sentiendum esse, qui vt Philargyrus, Samius et Aquila Maecenatis libertus legit pro Philargius, Samius et aliqui Maecenatis, ita etiam Ennii nomen inserit. A Dione itaque ad LIPSIVM abeo, qui ego inquit, g) libenter graecis gloriam dederim, et nominatim Xenophonti, philosopho et historico. de quo Diogenes: h) καὶ πρῶτος ὑποσημειώσας τὰ λεγόμενα, εἰς ἀνθρώπους ἤγαγεν. Primus notis excipiens dicta (Socratis) in lucem hominesque prouulit. Tandem non dissimulo, HVGONEM i) Iudaeis, GVBERTVM vero Aegyptiis k) inuentum hocce tribuere. Vt sit, quandoquidem Diogenes, verbis illis, ad quae Lipsius prouocat, Xenophontem primum esse indicat; qui Socratis dicta notis excepta in publicum ediderit, non autem Xenophontem primum esse notarum auctorem, itemque romani, vt litteras et artes, ita et dubio procul notandi artem graecis acceptam referre debent, Raderi sane et Guberti sententiae maiorem longe prae se ferunt verosimilitudinis speciem, quam reliquae, quibus tamen discrepantibus quam maxime, subueniri quodammodo poterit ex eo, quia diuersimode quis rem inuenisse dicitur, et notae, de quibus agimus, duplices sunt, vt vidimus ante. At inquit aliquis, ad quid notae sunt inuentae, et vsurpatae? Sed est certum quid respondeam; vt celeriter scriberent, (qui praecipuus est vsus) forte etiam occulte. Hoc loco temperare mihi nequeo, quin moneam, de notis Ciceronianis, vel Tironianis, (sic vulgo appellantur) earumque reliquiis non inter omnes conuenire. Certe notum est, illos qui haec tenus memorati Ciceroni vel liberto eius inuentionem adscribunt notarum, notas ab ipsis proprie sic dictas, non autem siglas, seu litteras singulares inuentas esse velle. Verum enim vero

PANC-

g) in epist. modo memorata.

h) lib. I. cap. XXI. p. 45.

i) in de prima scribendi origine c. XVIII.

k) teste NICOLAI d. I. p. 14. §. IX.

PANCIROLLVS oppositam tuetur sententiam. l) Dein LIPSIUS negare videtur, notas illas hodie superesse, epistolam ad Lessium inter alia sic concludens: *Nec plura reperi. aiunt libros alibi in bibliothecis exstare harum notarum: cur non edunt? quanto utilius, quam nugas quasdam hodie atque heri natas? Enim vero periisse vitissimam (ita censeo) artem dolendum est.* Quocum, nisi omnia me fallunt, MORHOFIUS m) sentit, qui, *distinguenda tamen inquit, a se inuicem sunt genera notariorum ceteri solum scriptioni inferuentia, et notae, quae ad νεωτερογραφίαν spectant.* Illorum rationem, vi vix quisquam restituet. Et aliquanto post magis clare: *Nuspian tamen aequae floruit illa et ceteris et occultae scripturae ars, studiose maiore culta est, quam apud Anglos, qui, cum veterum notas celeritati scribentium consulentes, non amplius restare vidissent, nouas ipsi notas commenti sunt.* Affirmatiuam e contrario TRITHEMIUS, n) SCALIGER, o) SIMEON BOSIUS, p) alique amplectuntur ad notarum volumen prouocantes a cl. GRVTERO euulgatum. q) Quibus vt accedam cum faciunt notae, quas summo studio ex codicibus excerpfit MONTEFALCONIUS, r) tum etiam auctoritas (vt de aliis fileam) serenissimi Augusti mouet, qui codicem notis Ciceronianis descriptum in Augusta bibliotheca adseruari scribit. s) Persecutus sum, non vt amplitudo materiae postulauit, sed quantum disertationis concessit ratio, notas literatas et illiteratas. Animaduertitur ergo, duplicem nos cum Lipsio scribendi modum admittere veteribus vsitatum, scripturae videlicet et notariae. Quod non ita tamen a me dictum accipi velim, quasi WOWERIUM, t) aliosque spernam; qui triplicem obseruant scribendi rationem; notis, siglis, et verbis integris. Quin potius ita statuo; a Wowerio nos verbis saltem dissentire, qui omnia scripturae compendia notarum nomine denotamus,

ac

- l) *rer. memorab. lib. II. tit. XIV. p. 262. et 263.*
 m) in *polyhist. tom. I. lib. IV. c. II. n. 4. p. 13.*
 n) in *polygraph. l. 6. fere in fin.*
 o) *Animaduers. in Eusib. chron. p. 173. col. I.*
 p) *Animaduers. in epist. XXXII. Cic. ad Attic. lib. XIII.*
 q) De quo commemorare debeo, exhiberi ibidem ab auctore characteres seu

- signa, non vero notas illas romanorum, quae in frontispicio indicantur, quibus litera verbum facit, imo posteriores non pauca addidisse VOSSIO momente in *de arte grammat. lib. I. c. XLI. p. 141.*
 r) in *palaogr. graec. lib. V. cap. II. pag. 353. 355.*
 s) in *system. cryptogr. libr. VII. c. 9.*
 t) *polymath. cap. V. p. 48.*

ac notas duplicis generis esse tradimus. Ast notarios olim et siglis vfos esse et characteribus vt credamus, etfi vel vna officii eorum ratio in celerrime scribendo positi, satis debeat esse, quae aliquid addubitationis hac in re ne quidem in animum admittere sinit, cum in propatulo sit, notarios dictantis vocem, rerumque gestarum multitudinem assequi nequiquam potuisse, ni pro ipsis verbis compendia illorum substituissem; tamen accedit insuper et illud, quod MANLIVS scribit: u)

Hic et scriptor erit velox, cui littera verbum est,
Quique notis linguam superet, cursumque loquentis
Excipiet longas noua per compendia voces.

Haec ille, et plura possem satis firma addere testimonia: x) quia tamen id ipsum, de quo disquiritur, ita certum est ac exploratum, vt egere iis non videatur; et vero iam ante NICOLAI y) exhibuit partim ista, vel duobus saltem exceptis, partim quoque ostendit, z) notarios publice priuatimque siglis scripsisse et notis, tum ecclesiastica, tum ciuilia, a) superuacuis immorari actumque agere nolo. *Notarius proin, qui a notis b) ita dicitur, vt supra monui, et signorum nobis est scriptor, et siglarum.* c) Liber id verbis firmare GREGORII de RIVES: d) *Notarii apud veteres dicebantur, qui ab alio dictata litteris aut notis excipiebant et consignabant.* Nec abeunt ab hac sententia, IVSTVS LIPSIVS, e) HOFFMANNVS, f) FESSELIVS, g) HILDEBRANDVS h) auus meus post cineres colendus, et reliqui. Est illud equidem longe certissimum,

u) *astronomicum* lib. IV. p. 86. ed. Argent. 1655.

x) e. g. S. BASILII, HIERONYMI *ad Iulianum*, AVGVSTINI, ENNODII *in vita S. Epiph. episc. Ticin.* VALERII PROBI, ISIDORI, AVSONII etc.

y) *d. l.* cap. III. p. 10. seqq. et cap.

VII. p. 43. seqq.

z) *ibidem.*

a) *Conf. MONTEFALCON. palaeogr.* lib. V. c. I. p. 351.

b) seu notando, si e. notis scribendo. Notare enim et perscribere differunt. Vid. TURNER. *in aduers.* lib. XIV. c. XXIV. Ipsae autem notae, quibus notarii utebantur, sietae inter-

dam erant pro lubitu, hincque lectu difficiles. Quod vt credam, verba mouent PETILIANI Episcopi partis Donatistarum, quae in *coll. Carthag. cogn. I. c. 5.* legi BALVZ. refert in *not. ad libror. capit.* p. 1162.

c) descriptio est qualiscunque a nominis etymo petita.

d) *in declarat. voc. difficil. epitom. Et. canon. concil. subiecta.*

e) *in epistola saepius citata.*

f) *in lex. vniu. voc. notae.*

g) *in aduers. sacr. lib. I. c. I. p. 17.*

h) *in antiqu. ex vniu. script. collectis* p. 122. et disert. *de vot. conc. cap. III. §. VII.*

mun, notarios interdum integris scripsisse litteris, et temporis progressu libros descripsisse. Neutiquam tamen audiendos illos existimo, qui hoc ipsum, notarii descriptioni inferendum esse contendunt. Litteris enim scribere notariorum non fuit proprium, nec a scribendo, ut foribae, sed a notis notario suus est titulus.

CAPVT II.

DE

SYNONYMIS NOTARIORVM.

§. I.

Hactenus de notis, nunc etiam videamus synonyma notariorum. Ut autem clarius elucescat, quibus de synonymis proprie mihi sermo sit, non abnuo, hoc mihi propositum esse, ad illa animi mentem conuertere, quae adtinent ad natiuam et propriam notarii significationem, adeoque a modo petita sunt scribendi. Quibus accedunt alia synonyma notariorum, a diuersis, ipsis diuersis temporibus (ne iis quidem exceptis, quando notae usurpari desierunt,) iniunctis officiis, tum politicis, tum ecclesiasticis desumpta. Varia quidem haec sunt, tamen verba de iis faciam, et ita faciam, ut huius argumenti vestigia non tam fortius impresso pede sequar, quam suspensio quasi gradu signem. Quod dum fiet, res ipsa docebit, *notarii* verbum ad eos etiam, qui litteris scripsere, nos extendere, quibus nec materiam hanc discussam neque in vnum congestam videre haectenus contigit. Ante vero, quam ad rem ipsam adgrediar, moneo, et prolixius aliquanto me disserturum de synonymis istis, quorum ex cognitione lux aliqua et facula adfulgere poterit scriptores legenti ecclesiasticos, et maiorem quoad partem aliorum fide referri illa solummodo contentum, alphabeticam in ea collocatione seriem obseruaturum esse, cuius ratione sese offerunt, quae sequuntur.

§. II. AB ACTIS i) gr. *Ἀκτῆς*. AB EPISTOLIS. k) AB BREVIATORIS ET BREVIATORIS. Seculo certe VI. notarii ita dicti

i) Vid. GVTHERIUS de offic. dom. Aug. l. 2. c. 13. p. m. 322. CANGII l. 3. c. 4. p. 445. MABILLON. d. l. glossaria, et CALVIN. lex. in h. v. k) GVTHERIUS de offic. dom. Aug. lib. II. c. XI. §. V. CALVIN. in h. v.

dicti, vel quod breuia scripserunt, seu breues, l) vel quod abbreviaturas in scribendo adhibere sunt soliti. Illa ratio GOTHOFREDO m) placet; CALVINO n) item et MACRIS, o) haec vero SALMVTHO. p) A COMMENTARIIS. q) ACTVARIII r) gr. *Ἀκταῖοι*: s) ΑΓΟΡΑΙΟΙ. t) AMANS, id quod ex FRESNIO discimus, cuius verba u) recito: *Amans dicuntur regionarii notarii, qui acta publica conficiunt et conseruant, nomenque desumunt a parochiis in quibus habitant.* AMANVENSES. x) ANTIGRAPHI, y) vel ANTIGRAPHI Z) seu ANTIGRAFEI a) vel ANTIPPAΦΕΙΣ. b) ANTIKENΕΩΡ. ANTIKEΣΟΠΙΣ. ANTIKEΣΟΡ. c)

ANTI-

l) i. e. acta, vide FRESNE in gloss. lat. v. h.

m) in not. i. ad nouellam de consuetudinibus.

n) in lex. voc. breuiat.

o) in hierolex. voc. breue.

p) in Panciroll. P. II. p. 266.

q) MABILLON. d. l. i. H. c. XIII. §. II.

r) SVETON. in vit. Imperat. Iul. c. LV. Conf. AVSON. POPMAE de differ. verborum, lib. I. p. 5. PANCIROLL. comm. in not. Imp. orient. c. XIV. p. m. 13. ALEXANDR. AB ALEXANDR. l. c. lib. II. c. XXX. STEPHAN. in voc. *ἡγερῶν*. FRESNE in gloss. lat. et quae CALVINUS tradit ex SPIEGELIO sub voc. notarii. Interim vt actarius a verbis ab actis descendere certum est, vid. CALVIN. sub h. v. sic relictiendi sunt, qui descedunt ab actiuitate (vt barbare loquar) seu agilitate a notariis alias requiri solita.

s) Vid. FRESNE gloss. gr. sub h. v.

t) Vid. gloss. lat. gr. apud FRESNE in gloss. gr. voc. *νομοῖς*, CUIAC. expos. nouell. XLIV. FRESNE d. l. sub. v. *ἡγερῶν*. Rationem vero denominationis huius deriuandam inde censeo, quia *ἡγερῶν* fuit *ἡγερῶν* conscribere, id est, vt FRESNII verbis hoc dicam, forensia et publica instrumenta.

u) in gloss. lat. voc. Amman.

x) Vid. PETR. GREGOR. THOLOSAN. syntagm. iuris vniu. lib. XLVII. c. XLI. GVTHERRI de off. dom. Aug. lib. 3. c. 7. p. 472. SPEIDEL. spec. iurid. polit. philol. bist. obseru. in voc. Notariarum. SALMVTH. comment. in Panciroll. p. II. p. 266. MABILLON. l. c. lib. II. c. XIII. et CALVIN. lex. sub h. v.

y) quos, si alio nomine describere velis, VALESII iudicio in annot. in lib. 5. H. E. Socrat. c. 25. et FRESNII in gloss. utroque, cancellarios appellabis, a commentariis, antiquarum rerum scriptores, et scriniarum magistris, non quod SALMASIVS adfuerat in not. ad Vopisc. (vid. bist. Aug. script. tom. II. p. 787.) proximos scriniarum.

z) glossae hoc docent m. quarum verba exhibet FRESNE in gloss. lat. voc. *Antigraphus*, et ISIDORI. Vid. opera EI. p. 620. Conf. SALMAS. ad Plan. Vopisci Carum Imper. p. 786. tom. II. bist. Aug. script.

a) prout Anonymus exprimit scholasticus in Iustiniani nouellas, quae a Iuliano antecessore latinae factae, c. 64. Vid. SALMAS. d. l. p. 787. et FRESNE in gloss. gr. voc. *Ἀντιγραφεῖς*.

b) Vid. SOCRAT. bist. eccles. lib. 5. cap. 25. et FRESNE gloss. gr.

c) vt vel ductum sequar gloss. *παρῆλικόν*, in quibus teste FRESNIO in gloss.

ANTIQUARIUM d) ΑΠΟΓΡΑΦΕΙΣ. e) ΑΝΑΓΡΑΦΕΙΣ. f) ΑΠΟ-
 CRISIARIUM, gr. ΑΠΟΚΡΙΣΙΑΡΙΟΙ. g) Quodsi enim cum SAL-
 MASTIO h) ponamus Zosimum et Vopiscum non diuersa scribere,
 quando mentionem faciunt illius, cuius fraude perit Aurelianus,
 adsertum hoc argumento ita adfirmatum puto, vt conuelli posse
 vix videatur. i) Id certum k) est, apocrisiarios non minus,
 quam notarios aliquando a pontifice praesertim vel archiepiscopo
 missos, annotata quaeuis notatu digna vel ad pontificem archiepi-
 scopumque, vel ad principem perscripsisse, huiusque responsum
 illi vicissim, illiusque huic scripto itidem communicasse. Facit
 hoc, quod IUSTINIANVS apocrisiarium in genere per eum inter-
 pretatur, qui ad responsum l) est, et GVTHERIVS docet, m)
 apocrisiarium proprie a responsis dici posse. Licet enim ore quo-
 que responsum dari possit, negari tamen nequit apocrisiarios scrip-
 to hoc praestitisse, qui ab illo, cuius apocrisiarii erant, longius
 paulo remoti esse solebant. Apposite hanc in rem FRESNIUS n)
 et CALVINVS, o) quos vide. Adde quod apocrisiarius idem,

C 2

quī

gloss. gr. v. h. Ἀντιγράφος scriba dicitur
 et actuarius, et Ἀποκρισιάρης vna cum
 Ἀντιγράφος Ἀντιγράφος redditur, de quo
 nomine iam iam est actum.

d) quos graeci ἀρχαιογράφοι, καθ' ἑνὴν
 φασ, vid. FRESNE d. l. sub v. h. latini
 librarios appellant. ISIDOR. origin. lib.
 VI. c. 13. Vt enim librariorum, sic
 antiquariorum erat scribere. AVGVST.
 de verb. dom. sem. 44. Conf. GVTHERIVS
 de off. dom. Aug. lib. 2. c. 13. et lib. 3.
 c. 7. Obiter addo, sepem, qui scri-
 bendi periti erant antiquarios, consti-
 tutos a Valentiniano, iuxta FANCI-
 ROLLVM in de magistrat. municip. c. XX.
 atque MACRVM referre in hierolect. v.
 Archidia, a quibus tamen MONTEFAL-
 CON. in recens. biblioth. graecae, pa-
 laeogr. gr. praemis. p. XIX. in eo dis-
 sentit, quod a Valente istos institutos
 esse velit.

e) MONTEFALCON. d. l. lib. I. c.
 V. p. 35.

f) STEPHAN. in lex. sub voc.
 γραφω.

g) vid. FRESNE in gloss. gr. sub h. v.

h) ad Flau. Vopisc. Diuum Aurelia-
 num. Vid. tom. II. bist. Aug. script.
 p. 512.

i) quippe, qui ZOSIMO dicitur lib.
 I. p. 57. τῶν ἑξωθεν φερομένων ἀποκρισιάρων
 μνηστὴς τεταγμένος. ab imperatore ad ef-
 ferenda foras responsa sua destinatus;
 Is VOPISCO (vid. bist. Aug. script.
 tom. II. p. 512.) audit, notarius secre-
 torum.

k) quod infra ostendetur, quando
 ordo postulabit.

l) nouell. XXIV. c. IV. vel dilucidius
 in nouell. XXV. cap. I. vbi expresse legi-
 tur: habeat item (praetor sc. Lycaoniae)
 ad responsum, sine apocrisiarios.

m) de offic. dom. Augustiae lib. 3. cap.
 VIII. p. 477.

n) in gloss. lat. voc. apocrif.

o) in lex. voc. apocrisiarii.

qui cancellarius, p) referendarius, q) quibus de vocibus distinctius tractamus infra, Mabilloniusque tandem cancellariorum, id est ex mente eiusdem, notariorum subscriptionibus, quibus vsi sub tertia Francorum stirpe, et formulam hanc annumerat r) singularem, quae apud Chesnium extat: Balduinus sacri palatii apocrisarius postulatus recognoui et subscripsi. ΑΠΟΚΟΛΙΚΕΛΛΩΝ, iuxta LAMBECIVM, s) et qui illius sententiae subscribit, MONTEFALCONIVM. t) APPARITORES. u) ARCHIVISTAE, x) et ARCHIOTAE gr. ΑΡΧΕΙΩΤΑΙ, y) Macris z) hoc inuentibus, quando in voc. notarius lectorem ablegant ad *scriniarii* vocem, hanc pro synonymo illius habentes, *scriniarium* autem, ut per notarium et scribam, ita etiam per archiuistam explicant. Nec in diuersum hic abire queunt cuncti illi, qui notarium olim cum *scrinario* et chartophylace eundem fuisse existimant. Sane uterque archiu i. e. *scrinii* (docente nos ven. D. Praefide,) a) fuit custos non minus, quam notarius. ΑΣΗΚΡΗΤΙΣ, *Assekretis*, Ασεκρητίς, *Assekretis*, b) A SECRETIS, c) siquidem notarios olim hoc nomine insignitos fuisse, probari fortean potest ex conc. chalcedon. actione prima. d) Ibidem enim Beronicianus et Constantinus, qui a secretis erant diuini consistorii, i. e. confessus episcoporum seu concilii

p) ut vult FRESNE in *gloss. lat. voc. apocrif.*

q) Vid. SALMAS. ad *Vopisc.* p. 512. tom. II. *bist. Aug. script.*

r) d. I. lib. II. c. XI §. XI.

s) *comm. de bibl. caes.* lib. 4. pag.

125.

t) d. I. lib. I. c. 5. p. 35.

u) ut ex CICERONIS verbis (quae in oratione pro A. Cluentio occurrunt p. 385. lit. B. tom. II. op. Cic.) patere vult CALVINVS in *lex. sub h. v.* adde comment. PAULI MANVTII in *Cic. Fam. ep.* LIV. lib. XIII. et GOTHOFREDI in *ep.* LIV. lib. XIII. *Cic. epist. ad C. Memmianum et ceteros.* Contra qui sentiunt, virgere hic forsan possent CICERONIS verba de *lege agraria contra Rullum.*

x) Vid. Ven. D. Praef. *lex. in voc. scriniar.*

y) Vid. FRESNE in *gloss. gr. v. Ar. ζῆν.*

z) et cum eis Ven. D. Praefide c. I. notarios archiuistas quoque dictos esse, asserente.

a) in *lex. sub v. archiu.*

b) tot modis vocem hanc a secretis scribi manifestum sit ex FRESNII *gloss. graeco.*

c) dissentit. GVTherivs in *de off. dom. Aug.* l. 3. c. IX. p. 487. seq.

d) Vid. *act. conc. ex edit. SVRII* tom. II. p. 135. col. 1. 2. p. 136. c. I. p. 137. c. I. p. 138. col. 1. 2. p. 140. col. 1. p. 142. col. 2. p. 143. c. 2. p. 144. c. I. p. 145. c. 2. p. 146. c. 2. p. 148. c. I. p. 150. c. 2. p. 158. c. I. 2. p. 160. c. I. p. 161. col. 1. 2. p. 162. c. I. 2. p. 171. c. I. p. 172. col. 1.

cilli Chalcedonensis, varia recitabant, re ipsa demonstrantes notarios se esse, quippe tam notum est, quam quod notissimum, horum fuisse legere in conciliis. Spectant huc argumenta inferiorius e) adducta, quibus auctoritatem iungo, NICEPHORI patr. Constantinopol. f) SVIDAE, g) GLOSS. NOMIC. h) CONSTANTINI MANASSIS, i) HINC MARI, k) SALMASII l) et MABILLO- NII. m) Ceterum uti persuasissimum mihi est, a secretis voce ipsum protonotarium tandem indigitatum esse, non vero semper, quippe suo tempore haec duo nomina diuersa fuisse ex LEONE GRAMMATICO patet, qui in Porphyrogenito, Νωτήτας αἰτ, n) δὲ Ἀσημεῖτης ὁ μετὰ ταῦτα πρωτονοτάριος γενόμενος; ita etiam non praetereundum est id, quod MEYRSIUS o) defendit, hallucinari viros doctos, qui τὸν ἀσημεῖτης et τὸν ἐπὶ τῶν σεκρέτων eundem esse existimant. AUDITORES probante FRESNIO ex Conluet. Claramont. quem hoc loco audire utique iuuabit. Ita vero ille: p) Auditores denique appellati, qui postmodum notarii: Auditores in consuetudinibus municipalibus Ambianensi antiqua art. 65. Pontiuensi art. 69. S. Pauli art. 42. Claramontensi art. 198. urbis Insulensis art. 64. 95. Vbi venditionum aut alienationum contractus fieri debere coram auditoribus vel iudicibus statuitur. At in Claramontensi loco citato, notarii videntur appellari, qui scilicet contrahentium voluntates audiunt, easque scriptis mandant. Vide Rouerium in hist. Reomaensis Monasterii pag. 599.

§. III. ΒΑΙΥΛΙ, quod MACER q) adstruere videtur ex glossario Basilic. rite, quod ponit, a Calepino expresso, in voc. notarius, quo in loco tamen nulla gloss. Basil. fit mentio. Ego illud prophanter adicio, quod in vet. glossis verborum iuris, quae passim in Basilicis reperiuntur, vox Νοτάριος per ω scripta, βαρυβα-
C 3 εάκης

e) in voc. secretar.
f) qui, (quod apud FRESNIVM est reperire, in gloss. gr. v. Ἀσημεῖτης,) in breuiario p. 127. I. edit. πρωτοασημεῖτης vocem ita effert, πρώτος τῶν βασιλικῶν ὑπαγραφήων, i. e. scribarum, seu notariorum.

g) in v. γραμματέως.

h) vbi FRESNIO teste d. l. ἀσημεῖτης explicatur per τῶν ἀποβράτων γραμματεῖα.

i) in annal. p. 159.

k) Vid. EI. epist. XIV. de ord. palat. c. 16.

l) in not. ad Vopisc. in Diu. Aurel. Vid. hist. Aug. script. tom. II. p. 512.

m) lib. II. c. XI. §. V.

n) teste FRESNIO in gloss. gr. v. νοτάριος.

o) in gloss. gr. barb. sub v. ἀσημεῖτης, σιλαντιάριος, σιδεντιάριος.

p) in gloss. lat. v. h.

q) in hierolex. voc. notarius.

σκωτης reddatur, per o vero, *γραφεύς*. ΒΟΗΘΟΙ r) τῆ θεῶν
Κωνσταντίνου vel τῶν θεῶν συγκλήτων. Lat. ADIVTORES diuini
confistorii, vel sacri secretarii, posito, quod antea probatum dedi-
 mus, notarios quoque a secretis diuini confistorii quondam appel-
 tos esse. Namque idem Constantinus, qui antea in *concil. Chalce-*
donens. act. I. a secretis sacri confistorii vocatus in *ei. concil. act.*
 XIV. s) vir deuotissimus adiutor diuini confistorii, et in act. I. *ei.*
conc. deuotissimus agens in rebus dicitur, et adiutor sacri secreta-
 rii. t) Nec ipsa uocum harum significatio repugnat nobis, quia
 et notariorum erat, patres adiuuare conciliorum vel scribendo,
 vel legendo, vel edocendo, quo eo melius peragenda peragere
 possent. BRODIATORES. Admissa enim antiquarij uoce inter
 synonyma *re voragis*, nec brodiatoris uox respui amplius poterit,
 quippe ut FRESNIUS uult u) brodiatores antiquarios esse ex NICO-
 LAO de CLÉMANGIS x) liquet, qui cursorium brodiatorem re-
 ciciens, doctum uero approbans antiquarium, *Si quid igitur,*
inquit, in iis libellis te delectauerit, tibi que placuerit, cuius apud te
uelis exemplum remanere, oro, ne per cursorios istos, ut ita dicam
brodiatores id describi facias, sed per aliquem doctum, si quem ta-
lem doctum inueneris, antiquarium, qui litteram soleat formatam
tractim et studiosa attentione cum notis ac signis debitis scribere.
 CANCELLARII. Gr. *Καρτελλογῆτοι*. Sic INGVLFO notarius idem
 est ac cancellarius. y) Sic CUIACIO z) et DION. GOTHOFRE-
 DO a) cancellarii sunt iudicum notarii. Sic SALMASIUS b) can-
 cellarios uult secretarios regis esse, notarios secretorum, et tabel-
 liones. Sic DU FRESNE c) archicancellarium per eum interpre-
 tatur, qui ceteris aulae vel palatii cancellariis seu notariis praefest,
 et

r) Conf. FRESNE in gloss. lat. voc. adiutores.

s) quae tom. II. p. m. 314. et seq. exhibetur.

t) Vid. act. conc. tom. II. p. 139. c. 2.

u) in gloss. lat. sub h. v.

x) epist. 109.

y) Vid. HOFFMANN. in lex. vn. voc. notarius, qui addit ibidem: etiam in constitutionibus Karoli M. cancellarius simpliciter pro scriba et actuario usurpatur.

z) teste GUTHERIO d. l. qui et ipse lib. 2. c. IX. p. 302. *Hi sunt proprie,* inquit, *quales a secretis principum tribuni et notarii: qui a secretis praef. praet. et iudicum cancellarii dicuntur.*

a) in not. k. ad cod. lib. I. tit. LI. l. 8.

b) in not. ad Vopisc. in Carin. Imper. vid. hist. Aug. script. tom. II. p. 305.

c) in gloss. gr. sub. h. v.

et *καρτηρολόγιον* non solum cancellarius reddit et notarius, sed et obseruat in Nouella X. notarios dici, in prioribus cancellarios appellatos. Vt vero notarios ita appellatos in Gallia speciatim, MABILLONIVS probat, d) sic non minus etiam in Germania e) hoc nominis adsumsisse illos, satis superque, vt opinor, ex eo constat, quia imperatorum diplomata (quod notarius f) alias erat,) recognouisse g) leguntur. CAPELLANI. h) CHARAXARII. i) CHARTIGRAPHI. k) CHARTOPHYLACES l) gr. *καρτηρολόγους*. m) Quemadmodum enim horum erat archiuum et chartas custodire, n) sic etiam a notariis idem factum esse, non potest ambiigi. Ecclesiae sane archiuus et chartis notarios fuisse praefectos, manifestum fit tum ex eo, quia tempore concil. Constantinopolit. A. D. 536. celebrati, hoc muneris, in notarios collatum esse legitur, o) tum ex act. conc. tom. I. p. 983. col. 2. p. 1000. col. 1. p. 1001. col. 1. 2. p. 1005. col. 1. p. 1026. tom. II. p. 139. col. 2. p. 228. col. 2. et aliis locis inferius suo loco exhibendis. Ciuiliu autem archiuorum notarios quoque ciuiles curam gessisse quondam, WOLFFGANGVS LAZIVS defendit. p) Hinc FRESNE q) *καρτηρολόγος* non solum reddit per notarium, qui instrumenta

d) d. l. lib. II. c. XI. §. V.

e) MABILLON. d. l. lib. II. c. XI. §. IX.

f) Vid. *script. rerum germ. septentr.*

p. 144. et WOLFFGANG. LAZ. de *migrat. gent. lib. VII. p. 276.*

g) Vid. *script. german. qui cura FRES-*

HERI prodire tom. I. p. 70. 74. seq.

p. 80. p. 360. *script. rer. german. septentr.*

a LINDENBROG. edit. p. 167.

p. 182. p. 193. append. tom. I. *script.*

germ. p. 2. MELBOM. opusc. bist. var.

p. 505.

h) Vid. MONACH. SANGALL. lib.

I. de Carol. M. c. 4. *epist. Stephani comitis*

Blesensis tom. 2. *spicil. Acheriani,*

ECRICHARD. *iuu. de Casib. S. Galli* cap.

II. aliosque autores a FRESNIO addu-

ctos in *gloss. lat. sub h. v. Conf. MA-*

BILLON. d. l. lib. II. c. XIII. §. VI. et

FRESNII praefat. gloss. lat. §. XXVII.

i) quod edocet nos tum *glossarium*

Isidori, tum excerpta Pythoeana in lit-

tera N. Vtrumque scriptum inter *au-*
ctores reperitur *latinae linguae in unum*
corpus redactus.

k) vt DU FRESNE habet in *gloss.*
lat. h. v.

l) quo nomine alias magistros libel-

lorum supplicum venisse BERNEGGE-

RVVS tradit. in orat. I. p. 28.

m) Vid. CODIN. de *offic. Constant.*

cap. I. p. 8. et FRESNE *gloss. gr.*

n) Vid. GRETSERI *obseruat. in cod.*

p. 159. FRESNE in *gloss. lat. v. h.*

STEPHANI *thesaur. et Ven. D. Praef.*

lex. sub ead. v. Conf. AEMILIYM

PORTAM apud SVIDAM in v. *καρτη-*

ρολόγιον.

o) Vid. *act. conc. Tom. II. p. 594-*

c. i.

p) in *comment. reip. rom. lib. II. c.*

IV. p. 124.

q) in *gloss. graec.*

strumenta publica seruat, sed et cum chartulario seu notario, si non in ecclesia graeca, bene tamen in latina coincidisse r) vult. Cui MACRIS) accedunt, iuxta quos archiuista, (qui notarius illis est, et chartophylax non differunt. CHARTVLARII, graece χαρτοφυλαξ) prout vet. gloss. habere nouimus u) Certe euisto hoc, quod probatum esse arbitror, veteribus glossis adductis, chartularios conuenisse cum chartophylacibus, nemo, quantum ego quidem existimo, de veritate huius synonymi dubitare amplius praesumet. Interim ne laborem subterfugere videamur, et alium adducemus auctorem hoc idem confirmantem, rationibus, argumentisque aliis neutiquam neglectis, persuasum nobis habentes, a demonstratione rei huius robur quoque accedere iis, quae circa chartophylacis nomen iam iam monuimus. Quod ut fiat, prouoco ad CANGIVM, qui ita: x) *Chartularii dignitas ecclesiastica etiam fuit, quam eandem cum chartophylacis fuisse opinantur viri docti. --- Nec mirum, cum is, qui commentariensis vice fungitur, idem et chartophylacis munus obeat, et chartas suas seruet.* Non equidem ignoro, MEVRIVM y) referre, chartophylacem et chartularium a glossis pariter ac viris doctis confundi. Verum diffensionem hanc, si quae datur, nullius momenti esse, perspiciet is, qui animaduertet chartophylacem et chartularium eosdem fuisse, (quae thesis est nostra, Fresnii, et glossarum forte,) in ecclesia romana, z) neutiquam vero in constantinopolitana. Quae cum ita sese habeant, restat, ut rationes in praesenti exponam, quibus ostendi possit, chartularios apud latinis notarios fuisse. E pluribus duas saltem adducam, quarum altera a munere petita chartulariorum, altera ex Gregorio M. et vita eiusdem, quam IO. DIACONVS conscripsit, deprompta. Illam quod concernit, chartularios perinde ac notarios chartas non solum tractasse, sed et scripsisse testantur PAPIAS, a) AVCTOR ETYMOLOGICI, b) BRISONIVS,

r) in gloss. lat. voc. chartular.
s) in hierolex. v. chartophil. et archiuista.

t) Vid. GUTHERIVS de off. dom. Aug. l. 2. c. XIV. p. 338.
u) Conf. gloss. graeco latin. quartum. FRESNIVS meminit in gloss. lat. v. chartularius.

x) in gloss. lat. v. chartularius.

y) in gloss. gr. barb. sub voc. χαρτοφυλαξ.

z) Vid. GOAR. in euchol. gr. p. 626.

a) apud FRESNE in gloss. lat. v. scri-
nium.

b) CALVINO referente in lex. sub h. v.

SONIVS, c) GOTHOFREDVS, d) BRVNNEMANNVS, e) CALVINVS, f) et FRESNIVS iuxta ea, quae vel ex eodem adduximus modo vel c. l. videri apud ipsum possunt, et in voc. clericus. Hanc FRESNIVS attigit, quando scribit: g) *Apud Ioannem Diaconum in vita Gregorii M. lib. 2. c. 55. Castorius Diaconus et chartularius Rauennae nuncupatur, qui ipsi Gregorio lib. 4. epist. 23. et 24. notarius et Diaconus dicitur, idem Gregorius lib. 1. epist. 75. lib. 2. epist. 33. Hilarium chartularium suum nominat: unde elicio eandem fuisse dignitatem chartularii et notarii.* Ne quis vero probationem hanc dubiam reddi posse existimet ex eo, quia Gregorii M. tempore duo h) fuere Castorii, chartularius scilicet Rauennatensis et notarius Histrianus, et in loco a Fresne citato ex Diacono iam iam commemorato, in margine equidem lib. 4. ep. 24. ad Castorium Diaconum directa adnotatur, non vero, quam Fresne addit, epistola 23. ad Castorium notarium perscripta, vterius in illam serio inquirendam esse iudico. Principio igitur quam saepissime in *epistolis Gregorianis* Castorii nomen occurrere, vel episcopi Ariminensis, i) vel notarii, k) vel diaconi, l) vel chartularii, m) non nego, atque vltro etiam profiteor, differentiam dari Castorium inter chartularium Rauennatensem, et notarium Histrianum, nec non magistrum n) militum, inficias tamen eo, infirmari hinc rationem a Fresnio allatam, Castoriumque concernentem. Licet enim IO. DIACONVS mentionem saltem faciat o) ep. 24. lib. 4. regist. nihilominus tamen et praecedentem ep. 23. ei. libri iure meritoque a Fresnio (aliam forte hac in re editionem sequente) adiectam esse, is facile largietur, qui animo secum voluit, Castorium hunc diaconum, a notario non differre. id quod colligi potest

tam

c) cui chartularum ministerium, chartulariorum munus est iuxta CALVIN. l. c.

d) in *not. i. ad cod.* lib. III. tit. XXVI. leg. 10. it. *not. l. ad cod.* lib. X. tit. XXIII. leg. 3. et *not. o. ad nouell.* CXVII. c. XI.

e) in *comment. in cod.* lib. 10. tit. 23.

f) in *lex. sub h. v.*

g) in *gloss. lat. voc. chartularii.*

h) vid. IO. DIACON. in *vit. Gregor.* lib. 2. c. 53. p. 35. C.

i) e. g. lib. II. ep. 22. ind. X. ep. 24. 25. ind. XI. lib. IV. ep. 41. 42. 43. ind. XIII.

k) vt lib. II. ep. 54. 55. ind. XI. lib. IV. ep. 23. 49. ind. XIII. lib. V. ep. 24. 29. 30. 33. lib. VII. ep. 9. 78. §2. ind. II. lib. X. ep. 9. ind. V.

l) vt lib. IV. ep. XXIV. ind. XIII.

m) vt lib. VII. ep. 4. 79. 95. 131. ind. II. lib. VII. init. p. 222. seq.

n) de quo vide IO. DIACON. in *vit. Gregor. M.* p. 88. E.

o) d. l. lib. 2. c. 55.

D

tam ex citatione adiecta libr. IV. ep. 23. p) 24. q) quam ex re ipsa epistolae istius 23. libr. IV. Nempe cum Gregorius M. ibidem inaudita morte Ioannis episcopi (Rauennatensis sc. nisi omnia me fallunt,) Castorium notarium admonet, vt clerum et populum adhortetur ad eligendum sibi episcopum, non largum praemiis, sed dignum meritis, electum vero vna cum quinque prioribus presbyteris, et quinque de praecedentibus diaconibus, vel aliis quoque Romam transmittat; verosimile admodum est, imo certum, Castorium hic intelligi, non Histrianum, sed Rauennatensem. Tantum de Fresnio ex Gregorio et Diacono conuenientiam notarii cum chartulario ostendente. Sed ne haec auctoritate saltem istius moti, in medium attulisse videamur, porro praedictam Fresnii sententiam ex iisdem non minus fontibus, confirmare annitemur, demonstrantes, Castorium Rauennatensem cum diacono, notario et chartulario Rauennatensi, vnum fuisse eundemque. Certe Castorium Rauennatensem diaconum fuisse dictum, non sine ratione colligo ex eo, quia 10. DIACONVS in vita Gregorii M. r) chartularium Rauennatensem, diaconum quoque dicit. Chartularium vero s) et notarium, Castorium Rauennatensem ob conuenientiam indiscriminatim cognominatum esse, proba ex 10. DIACONO, vt pote a quo, Castorium notarium expresse chartularium appellari, manifestum t) est. Nec minus idem confirmo ex collatione tum ei. Diaconi cum epistola Gregoriana u) quadam,

tum

p) sequente; infr. l. 5. ep. 92. re-
tius, cum tot epistolae non dentur,
in l. 5. ep. 29. quippe Castorius ille in
epistola ista 29. memoratus, notarius
expresse appellatur in ep. XXIV. eius-
dem libr. V.

q) quae haec est; sup. ep. 23. inf.
ep. 53. (rectius 33.) l. 5. siquidem ex
vtrouque loco apparet id, quod inten-
dimus.

r) libr. II p. 38. E.

s) vel nostrum, (vt continuo factum
deprehendi in ind. II. i. e. libr. VII. ep.
IV. LXXIX. XCV. CXXXI.) vel eccle-
siae romanae (vt in indist. I. i. e. libr.
VII. p. 222.

t) Conf. a) 10. DIAC. libr. IV. c.
II, cum Gregorii Reg. epist. libr. II ep.

LIV. ind. XI. β) ei. DIAC. libr. IV. c.
VI cum Regist. epist. libr. V. epist. XXXIII.
ind. XIV. γ) EI. libr. IV. c. VII. cum
Reg. ep. libr. VII. ep. LXXXVIII (in mar-
gine equidem apud 10. DIAC. d. I.
ep. 76. citata legitur, sed allegationem
hanc falsam esse, vel sphalmate typo-
graphico laborare, vnicuique, qui in-
spicit saltem, pronum erit.) ind. II.

u) puta libr. IV. c. XIV. cum Regist.
ep. libr. VII. ep. 82. (citationem enim
hanc Reg. libr. 7. ep. 86. l. d. 10. DIAC.
adiectam, minus veram esse quibus fa-
cile videt.) Castorio notario scripta,
quae apud 10. DIAC. d. I. ad Castorium
et notarium et chartularium directa
legitur.

tum ex ipsius Gregorii M. Reg. lib. VII. ep. 81. ind. II. x) et sequente eiusdem lib. 7. ep. 32. ind. ei. II. y) prolegomenis item lib. VII. z) nec non eiusdem libri VII. epistola 131. ind. II. Namque in epistola memorata a) ante, Castorium chartularium Gregorius M. causam Maximi edoctum esse scribit, cum Castorius notarius instructus legatur in subsequenti ep. 32. et in prolegomenis, vt et ep. 131. lib. VII. Castorius rursus chartularius Maximus episcopum duxisse secum fertur, quo iuramentum praestaret ad corpus beati Appollinaris, quamuis id ipsum Castorio notario demandatum esset. b) Et si vel maxime quis improbare velit coniecturam meam de Castorio, saluo tamen aliorum iudicio allatam, locum ex 10. DIAC. c) desumptum, vna cum reliquis subsequentibus et ex Gregorio M. depromptis, de Castorio notario non Rauennatenfi, sed Histriano interpretans, nihilominus tamen thesios nostrae, vel etiam Fresnii, confirmationem stabilem esse ac firmam, nemo, nisi omnium rerum expertus, inficias ibit. Quare vel tribus saltem verbis commemoro, et Hadrianum chartularium dictum, d) notarium et rectorem patrimonii vocari, e) syracusanum scilicet, vt autumo, quia Catanensem urbem, in qua monasterium constructum, cui ab Hadriano certa pecuniae summa tradenda eret, in territorio illo sitam fuisse constat. Ceterum id, quod supra a Fresnio de Hilario additum vidimus apud Gregorium, illum chartularium nuncupatum esse, lib. I. ep. 75. ind. IX. f) negari itidem nequit, quippe et eiusdem Hilarii chartularii mentio fit in lib. X. ep. VII. ind. V. An vero hic idem fuerit cum notario illo, cui Gregorius M. iniungit, g) *vt nauem emissam pro sustentatione monasterii, in quo Adeodata abbatissa erat, in cunctis eueatur, atque ab omni angaria vel onere exuere, excusareque festinet*, vel etiam filio isto, per quem idem Gregorius M. h) *de eccle-*

D 2

siae

x) in 10. DIAC. vit. p. 86. C. minus recte hoc modo allegata, reg. lib. 7. ep. 79. ind. 2.

y) falso itidem citata in 10. DIAC. l. c. p. 86. E. seq. in modum, Reg. lib. VII. epist. 80.

z) p. 222. et 223.

a) ep. 81. lib. VII. ind. II.

b) Vid. ep. 32. lib. VII. ind. II.

c) lib. IV. c. XIV. p. 86. E.

d) lib. XI. ep. XXII. et XLI. ind. VI.

e) lib. XI. ep. XXIII. ind. VI.

f) citat quidem FRESNIUS et lib. II. ep. XXXIII. ind. X, verum nos vel ideo eam omitimus, quia filius ibidem dicitur, non chartularius.

g) lib. VIII. ep. LXIV. ind. III.

h) lib. II. ep. XXXIII. ind. XI.

ſuae redditibus gallicanos ſolidos quadringentos ſe ſuſcepſiſſe indicat Dinamio patricio galliarum, de eo iudicent alii, vt et de illo, an, et qua ratione Fresnius ex appellacione hac chartularii euincere velit id, quod aſſerit, notarium coincidere cum chartulario. Nobis ſufficit haec talia dixiſſe, nec neceſſe eſt, vt oſtendamus, Fresnium forte Hilarium chartularium, cum notario pro vno eodemque habuiſſe, vel etiam ex munere chartularii, notariis proprio collegiſſe, vel ſuppoſito iam, chartularii nomen ſynonymum eſſe notarii, hoc addidiſſe, vel quacunq; tandem alia ratione motum, ſic intuliſſe. CLERICI I) COMMENTARIENSES. K) CORNICVLARII. L) CVRSORES. M)

§. IV. DICTATI. N) EXCEPTORES, quia notariorum omnino erat, dicta aut geſta, notis excipere, quod in conſeſſio eſt apud omnes. Interim, vt tum reipſa hoc nomen notariis quondam impoſitum fuiſſe probem hoc in loco, tum iure meritoque hoc factum indicem, ordo ipſe poſtulare quam maxime videtur. Quemadmodum autem poſterius ita ſe habere, AVGVSTINVS nos edocet, qui *notarius*, ait, O) *non mendare exceptit, aut ſcripſit*, et alibi; P) *a notariis eccleſiae, ſicut cernitis, excipiuntur, quae dicimus*, et NICEPHORVS, qui Malchionis diſputationem Antiochia habitam contra Paulum, notarios chartis excepiſſe ſcribit; Q) ita etiam prius abſque labore demonſtrari poterit. Liqueat enim hoc ipſum ex act. conc. tom. II. p. 177. col. 2. r) vbi Aſterius idem, vt videtur, qui act. conc. tom. II. p. 176. col. 1. notariis

i) Vid. FRESNE *gloſſ. lat. in v. h.* et praefat. §. XXVII. Prius vero, quam hinc diſcedam, vel obiter moneo, et in Aegypto quondam clerici, notariique munia, ſi non eadem prorsus, coniuncta tamen fuiſſe non ſine verosimilitudinis ſpecie colligi ex clauſula, quae Anaſtaſii quaerſtionibus, aliisque in codice regio 2910. membr. contentis, adiecta legitur apud MONTEFALCON. d. I. lib. I. c. VI. p. 48.

k) Vid. FRESNE *gloſſ. lat. in h. v.* Conf. PANGIROL. *comm. in not. imp. or. c. XIII. p. 12. col. I.* GOTHOFRED. *not. r. ad cod. lib. I. tit. XXVII. leg. I. §. 8.* et GVTHER. *d. I. lib. 2. c. XIII. p. 321. lib. 3. c. XXXV. p. 717.*

l) FRESNE in *gloſſ. lat. v. h.* Conf. PANGIROL. *comment. in not. imp. or. c. XI. p. II.* GVTHER. *d. I. lib. 2. c. XV. p. 342. ſeq.*

m) Vid. NICOL. de CLEMANGIS *ep. 109.*

n) Vid. SALMAS. *ad Flau. Vop. ſc. Car. Imp. tom. II. hiſt. Aug. ſcript. p. 786.* et qui illum ſequitur FRESNE in *gloſſ. lat. v. h.*

o) *epiſt. 108.*

p) *epiſt. 110.*

q) in *H. E. lib. VI. c. XXVIII.*

r) *add. pag. 178. col. 2. p. 179. col. 2. pag. 180. col. 2. p. 181. c. 2. p. 182. col. 1. et 2. p. 184. col. 2. p. 185. col. 1. p. 186. col. 2.*

riis accensetur Flauiani, exceptor appellator deuotissimus, it. ei. tom. conc. II. p. 187. col. 1. quippe quo in loco Asterius itidem memoratus, presbyter et notarius cognominatur, paulo ante exceptor dictus: Liquet hoc ex CASSIODORI hist. tripart. lib. V. cap. XXXV. vbi exceptores appellantur, ταχύγραφοι dicti SOZOMENO. s) Nec dubium est, per exceptores, quorum CASSIODORVS mentionem facit, in ei. hist. tripart. lib. V. c. VIII. et XXXIV. notarios omnino intelligendos esse. Liquet ex ENNODIO, qui memoriæ prodere volens Epiphanium episcopum Ticinensem notarium praestantem fuisse, verbis vitur supra positus. Liquet tandem ex GREGORIO M. t) aliisque auctoribus, quos adducere hic superuacaneum esse arbitror. Nam si quis est, qui id inficiatur, parum adest, quin ipse ne literis quidem se tinctum esse fateatur. Et profecto, qui obicit, diuersimode tamen eruditos de eo statuere, circa quod diligentia illorum in scribendo sita, inprimis fuerit occupata: u) eum ego velim ad animum reuocare suum, sententiarum hac de re diuortia, non obflare, quo minus exceptoris vox, inter notarii referatur synonyma. Quæ cum ita sint, nec nos diutius rei notæ immorabimur, vel in transcursum momentes, BARONIUM docere saltem, x) quodnam proprie tum notariorum, tum exceptorum fuerit munus, non vero negare velle, duas hæc voces pro se inuicem esse positas interdum, vt adeo mirandum non sit, in THEOD. RVINARTI actis martyrum, y) et eum, qui acta et dicta a Pionio martyre coram iudice annotauit, notarium appellari. GRAFIARI. z) ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΣ a) lat. Grammatici ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΙ. b) lat. Grammatici. ΓΡΑΜΜΑΤΟΓΡΑΦΟΙ. c) ΓΡΑΜΜΑΤΟΚΥΦΩΝ. d) ΓΡΑΜΜΑΤΟΦΥΛΑΚΕΣ.

D 3

ΚΕΣ.

s) in H. E. lib. IV. c. XXI.

t) prol. bon. p. 2. tom. III. op.

u) Vid. FRESNII gloss. lat. in h. v.

LAZII comm. reip. rom. lib. II. c. IV. p.

128. BRVNNEMANNI comm. in cod.

lib. XII. tit. L. MABILLON. de re di-

plom. lib. II. c. XXVII. §. X. GV'THER.

de off. dom. Aug. lib. 2. c. XIV. p. 327.

lib. 3. c. 7. p. 471.

x) ad ann. 238. n. 2.

y) p. 144.

z) de FRESNII sententiâ in gloss.

lat. v. praenotarius.

a) Vid. SVID. in h. v. et EVDEMI.

lex. ms. de quo FRESNIUS consulend.

in append. ad gloss. gr. voc. γραμματικός.

b) Testimonio vtor CODINI de offic.

Constantinop. cap. 5. n. 77. Conf. FRES-

NII glossarium vtrunque.

c) vt FRESNIO placet in gloss. gr.

v. γραμματικός.

d) quod ex sententiâ pronuncio MA-

XIMI PLANVDIS. Vid. FRESNE in

append. ad gloss. gr. in v. ὑπάτος, et

MEVRS. gloss. gr. barb. in v. ὑπὸν. Tan-

gunt

ΚΕΣ. e) GRAPHIONES f) seu GRAPHONES. ΓΡΑΦΕΙΣ. g) HIEROMNEMONES. gr. h) ΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΕΣ. i) ΚΑΛΛΙΓΡΑΦΟΙ. lat. *Calligraphi*. k) Non referam hic, καλλιγραφοῦν in gloss. lat. gr. voce antiquarii seu *deχνογραφῶν*, et in Basilicis librarii l) appellari; referam quod aliquanto plus in recessu, plus soliditatis habet. Scilicet vt munus erat calligraphorum initio, elegantius scribere, seu *εἰς κάλλος*, m) dein vero integros duntaxat describebant n) libros, calligraphiam tam non spectantes, vt compendiaris scriptiois notas passim frequentare coeperint; o) sic non minus etiam notarii, qui principio quaecunque celeriter excipere solebant, tandem verbis MONTEFALCONI, p) libris describendis sunt deputati, vt ex codicibus patet regis. q) Ceterum qui medicamentum nosse cupit, quo cum aliis morbis, tum oculorum infirmitati, succurrere erant soliti, MONTEFALCONIVM r) adeat.

§. V. LECTORES. Sic sentiunt MACER, et MABILLONIVS. Hic, enim vt de postremo primo dicam loco, vbi monuerat notarios, quos monachorum capitulum habebat, cancellarios vocatos, *cancellarius seu notarius*, inquit, s) nonnunquam dice-

gunt autem appellationis huius rationem SVIDAS et STEPH. in h. v.

e) Vid. FRESNII gloss. gr. in h. v.

f) testibus MACRIS l. c. in h. v.

g) Vid. gloss. Basilic. a LABBAEO coll. in voc. *νετάριος* et MONTEFALCON. d. l. lib. I. cap. V. p. 35. cap. VII. p. 73.

h) Vid. *Marmora Oxoniensia* ex recensione HVMPHRIDI PRIDEAVX p. 125. 126.

i) Vid. STEPHAN. in voc. *ιστός*.

k) Vid. MONTEFALCON. d. l. lib. IV. c. II. p. 275. praefat. p. III. vbi librarios huc calligraphos circiter trecentos afferit se nominasse, quos inter notarios esse, ipsa docet inspectio.

l) Vid. FRESNE gloss. gr. in h. v.

m) Liqueat hoc cum in genere ex ipsa verbi huius notione, de qua videndum erit STEPHANVS in *lex.* tum praecipue ex *nouellae* 42. IVSTINIANI verbis, et THEOPHYLACTI SIMO-

CATAE, (quem MONTEFALCON. adducit d. l. lib. I. c. V. p. 34.) lib. 8. c. 13.

n) Id quod locus manifestat, qui in Gerontico Niconis mss. ferm. 29. est, et a MONTEFALC. d. l. p. 13. exprimitur, vna cum codicibus a MONTEFALCONIO enumeratis. Vid. MONTEFALCON. c. l. lib. I. c. VI. p. 49. 52. 53. c. VII. p. 68. coll. cum lib. IV. c. IX. p. 325.

o) Vid. MONTEFALCON. d. l. lib. IV. c. I. p. 268. lib. V. c. I. p. 342.

p) d. l. lib. I. cap. V. pag. 36.

q) Vid. MONTEFALCON. d. l. lib. I. c. VI. pag. 43. p. 58. p. 61. c. VII. p. 66. p. 82. Adde CONSTANTINI M. *epistolam ad Eusebium* datam, quae extat apud NICEPHORVM in *H. E.* lib. VIII. c. XXVII. p. m. 392.

r) l. c. lib. I. cap. V. pag. 37.

s) in de *re diplom.* lib. II. c. XIII. §. III.

batur amanuenss. ----- Non raro etiam appellabantur lectores. Raodo laicus lector scripsi in charta LXIX. apud Goldastum. Clericus et lector in charta LXXVII. Sicbrannus lector et Dodo lector in monasterio sancti Benigni apud Perardum saeculo VII. apud Dableturm. Ego Recomarus lector rogante et praesente supradicta Theodetrude hanc donationem scripsi. Scilicet ob id lectores dicebantur, quod essent scholis praefecti etc. Ille vero in hierolex. sub v. lector in hunc scribit modum: Item lector notarius dicitur. Et in v. notarius magis aperte id, quod fentit de lectoris voce vt synonymo notarii, exponit verbis vtens prolixioribus, quae nec admetiri lectori nec examinare iam lubet, quoniam ea quae obseruauimus circa illa, longiora sunt explicatu, quam vt cogi possint in hanc verborum angustiam. Nos cum VALESIO t) defendimus idem fere officium fuisse notarii, quod lectoris. Enim vero notarios olim item in ecclesia, quam hodienuum u) lectoris interdum obliuiscunt, constat ex verbis GREGORII M. in prologo homiliarum, inferius suo loco adducendis. Taceo in praesenti, quod vti notum est SS. antiqq. studiosis, in conciliis habitis, et litteras supplices, et acta, aliaque varii generis praelegerint. Porro Himerius mox notarius, mox lector et notarius dictus, x) lector vocatur notariorum, y) quod indicio est omnino, notarios vel quosdam per istos dies insimul lectores perpetuo fuisse, vel etiam cunctos et singulos ordine legisse, quod ISIDORVS vult HISPALENSIS, qui in concil. Tolet. IV. a. c. 633. praesidem egit, in ordine celebrandi concilii. z) Tandem Valeium qui audit, in citato loco inter alia ex vocum istarum, lector et notarius coniunctione, pro theseos corroboracione argumentantem, in eius gratiam et alia apponimus loca, quae in lectione act. conc. sese nobis obtulere. Tom. I. p. 987. col. 2. Anysius notarius dicitur et lector. Tom. 2. p. 232. col. 2. Hypatius lector et notarius vocatur, mox lector saltem cognominatus, excepisse dicitur. Tom. II. p. 236. col. 2. Procopius lector et notarius legit. Tom. II. p. 131. col. 2. Mari-

t) in annot. in lib. V. Sacrat. H. E. c. XXII. p. 71.

u) Quod manifestum sit, ex FRESNE, qui in gloss. gr. v. ἐκκλησιαστικὸν ex catalogo official. magnae eccles. Allatiano refert, die Palmarum euangelium legere protonotarium.

x) Act. conc. tom. II. p. 231. col. 1. et p. 794. col. 1.

y) act. conc. tom. II. p. 231. col. 2.

z) Vid. ZIEGLERI tract. de diaconis et diaconissis cap. IX. §. 12. p. 144.

nus lector et notarius Caesarens. ecclesiae Cappadociae primae relegit. Tom. III. p. 240. col. 1. 2. p. 241. col. 2. p. 265. col. 2. p. 266. col. 2. p. 318. col. 1. 2. p. 321. col. 2. p. 333. col. 2. Antiochus religiosus lector et notarius relegit. Tom. III. p. 304. col. 1. p. 327. col. 2. p. 335. col. 2. p. 341. col. 2. p. 349. col. 1. p. 357. col. 2. Agatho lector et notarius relegit. Tom. III. p. 463. col. 1. Petrus venerabilis lector et notarius sacri patriarchici secreti legit. Et ut lectores quondam tachygraphos, i. e. notarios proprie sic dictos insimul fuisse ex subscriptionibus apparet cod. regii n. 2264. a) et cod. Caesar. b) ita etiam suo tempore libros descriptisse, negari nequit. Ne dicam de codicibus modo memoratis, ex quibus colligi hoc potest, confirmo idem ex sine codicis Caesarei membranacei, in quo collectio legum est; c) codicis item regii 3437. membr. qui Petri Antiocheni et aliorum epistolas continet seculi XII; d) ac tandem codicis Colbertini 638. bombycini, qui euangelistarium complectitur. e) LIBELLARII. f) LIBELLIONES. g) LIBRARI. Placet hoc SPEIDELIO, h) neuitquam vero, ut videtur, SVIDAE, i) PLATINAE, k) INSVLANO, l) GOTHOFREDO, m) aliisque. n) Ego id affirmate scribo, librarii voce, notarium designasse ISIDORVM, o) PETRVM DIACONVM p) et ROLLANDINVM. q) Coronidis loco addo, MABILLONIVM, c. l. lib. II. c. l. notariorum licet mentionem tantum fecerit in prioribus, postea r) tamen de vitiosa librorum seu notariorum, ut loquitur, orthographia sanata agere; et militiae scribas a CANTAGVZENO s) notarios appellari, a VETIO

- 2) Vid. MONTEFALCON. c. l. lib. I. c. VI. pag. 49.
 b) Vid. LAMBECC. d. l. l. 4. p. 187.
 c) Vid. LAMBECC. d. l. l. 6. p. 56.
 seq. et qui ex eo, MONTEFALCON. d. l. lib. I. c. VI. p. 61. 62.
 d) Vid. MONTEFALCON. d. l. lib. I. c. VI. p. 62.
 e) Vid. MONTEFALC. d. l. lib. I. c. VII. p. 88.
 f) FRESNIO affirmante in gloss. lat. v. h.
 g) Explicite enim hoc FRESNIUS dicit in gloss. lat. v. h.
 h) d. l. in voc. Notariorum. Conf. AV-
 SON. POPM. de differ. verb. p. 116.
 i) in voce *ἑρῆνός*.
 k) de *vitis Pontificum* p. 53.
 l) Vid. CALVIN. in v. *notarii*.
 m) in *not. t. ad digest.* lib. I. tit. XVII. l. 92. et in *not. k. ad dig.* lib. L. tit. XIII. c. 1. n. 6.
 n) ut GVTHERIO de *off. dom. Aug.* l. 3. c. VII. p. 471.
 o) ORIG. lib. I. c. XXI.
 p) in *praef. libri de notis literarum*.
 q) in *summa notariae*. Vid. FRESNE in *gloss. lat. v. librarius*.
 r) c. l. §. X.
 s) lib. I. cap. XXXV. p. 102.

GETIO t) vero librarios. LOGOGRAPHI. u) ΜΑΓΙΣΤΡΙΑΝΟΙ. x) seu ΜΑΓΙΣΤΡΙΑΝΟΙ. y) lat. *Magistriani*, *Magisteriani*, z) seu *agentes in rebus*. a) Beroniciano enim et Constantino, qui a secretis sacri consistorii erant, adeoque notarii, vt supra scripsi, hoc nomen inditum legitur. b) Nihil ergo obstare existimo, quo minus vox haec inter synonyma referatur τῆς *νοταρίας*. ΜΑΓΙΣΤΡΙΑΝΟΙ, verbis ac iudicio MACRORVM: c) *Dicebatur etiam* (scriniarius puta, qui idem est ac notarius de sententia Macrorum) *Magister scrinii*. Sic enim appellatur a Sozomeno lib. VII. cap. XIII. --- *Scriniarii appellantur tabelliones et est vulgare romanorum*. Haec Macri ibidem, quibus addo, FRESNIO d) magistratos scriniorum esse ἀντιγραφεῖς, lat. *antigraphos*, quibus de vobis iam est actum. MEDI OGRAMMATEI. e) ΜΝΗΜΟΝΕΣ. f) ΝΟΤΑΡΟΙ. g) ΝΟΜΙΚΟΙ. h)

§. VI. ΟΕΤΤΡΑΦΟΙ, quorum mentionem fieri inuenio in Socrat. H. E. i) Alios auctores k) recensere hic superfedeo, quandoquidem nemo ita coecus est, opinor, vt non videat, a scriptiois celeritate ὀξυγράφως esse appellatos. PARAL. l) ΠΡΟΧΗΡΙ. m) ΡΑΙΦΕΝΔΑΡΙΟΙ. n) ΡΑΙΦΕΡΕΝΔΑΡΙΟΙ. o) ΡΕΦΕΡΕΝΔΑΡΙΟΙ. p) lat. *Referendarii*, vt opinio fert HOFFMANNI, quod

- t) in *de re milit.* lib. II. p. 35.
 u) Vid. w. LAZ. in *comm. reip.* rom. lib. II. c. IV. p. 128. FRESNE in *gloss. lat.* v. h.
 x) Vid. FRESNE *gloss. gr.* in h. v.
 y) Vid. GVTHERIVS *d. I.* lib. 3. c. X. p. 500.
 z) FRESNE in *gloss. lat.* v. h.
 a) Vid. GVTHER. et FRESNE *c. I.* Conf. *act. conc.* tom. II. p. 187. col. 1.
 b) *act. conc.* tom. II. p. 145. col. 2. et p. 146. col. 2.
 c) in *hierolex.* voc. *scriniarius*.
 d) in *gloss. gr.* voc. ἀντιγραφεῖς et lat. voc. *antigraphus*.
 e) Vid. HERM. HVGON. de *prim. scribendi origine* cap. XXXII.
 f) Vid. STEPH. in voc. *μνημον*, et *Marmor. Oxon.* quae illustravit atque interpretatus est HVMPHR. a FRIDEAVX pag. 125.
 g) quae FRESNII est sententia Vid. *Ei. gloss. gr.* in h. v.
 h) quod CVIACIVS affirmat in *noell. constitut. Iustin. expos. nouell.* XLIV. CVIACIO autem ἐμάδετος est DU FRESNE in *gloss. gr.* v. h. Conf. *gloss. gr. lat.* a LABBAEO coll. in h. v.
 i) lib. II. c. XXV. XXXI. et lib. VI. c. IV.
 k) e. g. THEOPHANEM, cuius verba exhibet FRESNE in *gloss. gr.* voc. *νοταρίας*.
 l) Vid. HERMANN. HVG. *c. I.*
 m) Id. *ibidem*, et WOLFFG. LAZ. *comm. reip. rom.* lib. II. c. IV. p. 128.
 n) Vid. SALMAS. ad *Flau. Vopisc. in diu. Aurel.* tom. II. *bist. Aug. script.* p. 512.
 o) Vid. FRESNE in *gloss. gr.* v. h.
 p) FRESNE *ibidem*.

E

quod verbis ostendo eiusdem; q) *Notarius secretorum.* --- *Vulgo a secretis vocabant; graecis ceterioribus ἀποκρίται, item ἀποκριτάριοι et ἐκκριτάριοι appelluntur.* Qui in hanc Hoffmanni sententiam ingrediuntur, hoc imprimis vrgere forsitan possunt, referendarios, notarios insimul fuisse sub prima Francica stirpe, r) et sub Carolingica eosdem plane cum hisce, testante MABILLONIO: s) parum autem proficere fecus sentientes; si dicant, Mabilionium modo memoratum, alio in loco t) longe diuersa sentire, Mabilionium namque de prima tantum stirpe ibidem loqui, (sub qua Cassiodorum vixisse, constat inter omnes.) et verbis ipsis innuere videri, referendarios a cancellariis seu notariis, sub prima etiam stirpe dignitate magis, quam reipsa distinctos omnino fuisse. Possunt praeterea et hoc vrgere, referendarium inter et apocri-farium, nullum dari discrimen de SALMASII u) FRESNIQUE x) sententia. Sed haec indicasse nos contenti sumus, qui in act. conc. y) referendarii munus notario legitimum assignatum. REGEN-DARII. z) REGERENDARII. a) REGISTRATORES. b) RESCRI-BENDARII. c) RESPONSABLES, seu RESPONSARII. Rem ita esse, non possunt non confiteri illi, qui apocri-farii verbum nota-riorum annumerant synonymis. Vtrumque enim et responsalem et responfarium, apocri-farium fuisse, cum GOTHOPREDVS docet, d) tum praecipue ex eo colligi potest, quod Gregorius Ma-gnus (quem munere perfunctum esse apocri-farii, perspicuum est EX IO. DIACON. e) BEDA, f) SIGEBERTO GEMBLACENSI, g) et

q) in *lex. viii. voc. notar. secret.*

r) MABILLON. *d. l. I. II. c. XI.*

§. III.

s) *d. l. lib. II. c. XI. §. IV.*

t) *d. l. §. IV.*

u) in *not. ad Vopisc.* Vid. *list. Aug. scrips.* tom. II. p. 512.

x) in *gloss. lat. voc. apocri-farius.*

y) tom. II. p. 174. col. 2. p. 175.

col. I. et 2. tom. III. p. 539. col. 2.

Conf. FRESN. in *gloss. gr. voc. ἀποκρί-
ταριοι.*

z) qua in opinione PANCIROLVMI esse, pro comperto habeo. Vid. *EL. comm. in not. imp. or. c. XVIII. p. 13.*

Sed enim hoc GVTHERIO est absurdum *c. l. lib. 2. c. XV. p. 346.*

a) Vid. *HERM. HVGO. c. I.*

b) Vid. MABILLON. *d. l. lib. II. c. XIII. §. II.*

c) Vid. *HERM. HVGO. c. I.*

d) *ad nouell. CXXIII. c. XXV.* (non vero XV. prout citatum reperis in nouell. XXV. c. I. not. p.) in not. x.

e) in *vit. Gregor. M. lib. I. c. XXXI. p. 13. lib. 3. c. 51 p. 70.*

f) in *vit. EL. Greg. M. annexa 10. DIACON. p. 131.*

g) vid. ex eodem excerpta, et addita 10. DIAC. p. 136.

et chronic. REGINONIS h) scribit i) *iussione pontificis se in Constantinopolitanae urbis palatio responsis ecclesiasticis deseruisse.* k) Speciatim vero de responsalis voce, quam apud GREGORIVM M. occurrere saepius l) memini, idem sentit FRESNIUS, responsalis vocem et apocrisarii promiscue vsurpans. m) Addo, notariis non minus, quam responsalibus, Gregorium M. iniunxisse, vt suggerant n) suggerenda, notariumque Castorium responsalem insimul o) fuisse. פורטר. p) SCHOLASTICI q) SCRIBAE. Quis enim tam ignarus est ac rudis, qui non veritatem huius rei perspiciat? Notariorum vtique erat scribere (vnde scribae) dicta vel facta, et ecclesiastica et politica, vel notis et abbreviaturis, vel litteris etiam integris, quod vnicum momentum rei vniuersae comprobandae sufficere posse, exploratum habeo. Interea in illius gratiam, qui testimonia desiderat, verba apponimas MONTEFALCONII: r) *Aliud scribarum genus erat τῶν νοταρίων. --- Erant autem notarii arcanorum scribae.* SCRINIARII gr. Σκρινιάριος. s) Non dico in gloss. ms. reg. cod. 2062. t) *σκηναρίος reddi ὑπογραφέως, (rectius forte ὑπογραφέως) et in alio gloss. cod. 396. u) χαρτουλάριος, quod Papias probat: scriniarii, cartularii publici.*

E 2

h) lib. I. Vid. *scriptor. illustr.* tomum a PISTORIO Nid. editum p. II.
i) *Dialog.* lib. III. c. XXXVI. p. 306. Conf. IO. DIAC. in *vit. Gregor.* M. l. I. c. XXXIII. p. 13. lib. 4. c. LXXII. p. 116.

k) Ne quis miretur Gregorii verba, quae in dialogo eiusdem extant, latine hic a me relata esse, non vero graece, vel in transitu liceat monere, dialogos a Gregorio M. non hac sed illa potius lingua scriptos esse. Ipse enim lib. IX. ep. 69. ind. IV. negat se vllum vnquam scriptum graece edidisse; *Nam nos (ait) nec graecum novimus, nec aliquid opus aliquando graece conscripsimus.* Conf. IO. DIAC. in *vit. Greg.* M. lib. IV. c. 80. et 81. p. 119. et in citatione adiecta, reg. lib. 3. ep. 69. pro lib. 3. lege lib. 9.

l) e. g. lib. IV. ep. XI. (non vero X prout citat, qui adiecit Io. Diac. lib. IV. c. III. pag. 82. lit. A.) ep. XV. (non

XIV, prout *eadem citat, qui apposuit Io. Diac. lib. IV. c. IV. p. 82. lit. c.) ep. XXXII. et XXXIV. (non LIV. ut citat, qui addidit Io. Diac. lib. IV. c. X. p. 87. lit. b.) ep. XXXVIII. ind. XIII. lib. VII. ep. XCVI. ind. II, etc.*

m) in *gloss. lat. v. apocrisfar.*
n) Vid. *act. conc.* tom. III. p. II. col. I.

o) Vid. GREGOR. M. lib. 5. ep. 30. ind. XIV.

p) Vid. FESSEL. *advers. sacr.* lib. I. c. I. p. 12. et 13. SIGON. de *rep. bebr.* lib. VII. c. 8.

q) Vid. MABILLON. *d. I.* lib. II. c. XIII. §. II.

r) c. I. lib. I. cap. V. p. 35.

s) Vid. FRESN. *gloss. gr.* in voc. σκηναρίος.

t) Vid. FRESN. *gloss. lat.* in voc. scriniium.

u) Vid. FRESNE *ibidem.*

publici. Vtrumque enim, notarium esse, clarum est ex Suida, iisque, quae obseruauimus ante. x) Taceo de eo, quod scriniarii ab epistolis, vel a libellis in antiquis memorantur inscriptionibus. y) Silentio praetereo, scriniarios iuxta atque notarios, tum alia, z) tum epistolas scripsisse dictatas, ut apparet ex Nicolai papae I. epistola ad Michaelē Imperatorem data, a) et epistola vicesima septima. b) Non commemoro, Benedictum, Petrum, et Leonem, notarios regionarios et scriniarios dici, sanctae romanae ecclesiae. c) Mitto conuenientiam, quae scriniarium inter est, et magistrum scrinii. Id saltem annotamus, notarios quosdam temporis processu ipsos fuisse scriniarios, seu scriniis praefectos, vel ecclesiasticis, vel ciuilibus, quod ex parte infra pertractare est animus. Quare ea sententia, scriniarii vocem synonymum esse notarii, plerisque probatur eruditus. d) SCRIPTORES PVBLCI e) SECRETARII gr *Σεξετηριος* seu *σημετηριος*, f) quod qui nescit, eum in magna rerum ignoratione versari necesse est. Certe abunde hoc docent conciliorum acta, chalcedonenfis scilicet, constantinopolitani, et niceani II, quibus in Beronicianus Constantinusque, qui a secretis sacri consistorii erant, quosque notarios fuisse supra coniectauimus, secretarii dicuntur, g) et Christophorus, h) vna cum Christophoro, i) diaconus, notarius ac secretarius, gr. *νοταριος σημετηριος*, k) Petrus vero venerabilis lector appellatur,

x) ad vocem *chartularii*.

y) Vid. GUTHER. d. k. lib. 3. c. VII. p. 473.

z) teste FRESNIO in *gloss. lat. v. scrinium*.

a) Vid. *act. conc. tom. III. p. 919. col. 1.*

b) Vid. FRESNE in *gloss. lat. voc. scrinium*.

c) Vid. MACR. in *hierolex. voc. scriniar. Germanicar. rer. script.* a FHERO edit. tom. I. p. 70. et *script. rer. german. septentrion.* a LINDENBROGIO edit. p. 148. Conf. MABILLON. *de re diplom. lib. II. c. XLII §. V.*

d) Vid. MEVRS. *gloss. gr. barb. in voc. νοταριος.* LYDII *gloss. barbar. annex. oper. CLEMANGIS in voc. νο-*

tarii reg. MACR. in h. v. SPEIDEL. d. I. in. v. protonotarien.

e) quo sensu voces has in cap. post. conc. Rauenn. an. 904. c. 5. adhibitas esse FRESNIUS scribit in *gloss. lat. v. h.*

f) vid. FRESNE in *gloss. gr. voc. νοταριος et σημετηριος.*

g) *act. conc. tom. II. p. 134. col. 2. pag. 137. c. 2. p. 159. c. 1. p. 189. c. 1. p. 216. c. 1. p. 217. c. 2. p. 228. c. 2. p. 263. c. 1. p. 266. c. 2. p. 312. c. 1. p. 315. c. 1. etc.*

h) *act. conc. tom. II. p. 590. c. 2.*

i) *act. conc. tom. II. p. 618. c. 2. p. 641. c. 1.*

k) Vid. FRESNE in *gloss. gr. voc. νοταριος.*

pellatur, et notarius facti patriarchici secreti, l) gr. *νοτάριοι τῆ εὐαγγέλιου πατριάρχικῆς σερρέτα*. m) Adhaec notandum venit id, quod Nicephorus constantinopol. ad Leonem Pontif. Max. scribit, n) *creatum se esse regium notarium, cuiusmodi a secretis latini appellant*, quippe notum est, a *secretis* et *secretarium* pro vno eodemque poni. o) Nec praetermittendum est iuxta alios, quod notarii, scribae fuerint arcanorum, τῶν ἀποκρύπτων γραμμάτων, p) FRESNIUSQUE tandem testetur, q) secretarii regis, notariique munia olim diuersa, postmodum fuisse vnita. ΣΕΚΡΕΤΙΚΟΙ r) ΣΗΜΕΙΟΓΡΑΦΟΙ, id quod certius est, quam vt confirmandum sit h. l. prolixè. Notarios autem appellatos ita esse, s) a τῶν σημείων, i. e. notarum scriptione, vt indicem, locus monet. SIGILLIFERI. t) SINGVLARII. u) SVBADIVVAE. x) SYMMISTAE. y) SYMBOLOGRAPHI. z)

§. VII. TABELLIONES. a) gr. ΤΑΒΕΛΛΙΟΝΕΣ. b) ΤΑΒΥΛΑΡΙΙ. c) gr. Ταβουλάριοι, d) Ταβουλάριοι, e) vel cum adiectione, PVBLICI, gr. ΔΗΜΟΣΙΟΙ. f) TACHYGRAPHI. gr. ΤΑΧΥΓΡΑΦΟΙ,

E 3

- l) *act. conc. tom. III. p. 463. c. 1.* y) Vid. HERM. HVG. c. l.
 m) Vid. FRESNE d. l. z) Vid. LAZ. *ibidem.* et HERM. HVG. c. l.
 n) Vid. *act. conc. tom. I. p. 1149.*
 c. 2. a) ISIDOR. *orig. lib. IX. c. 4.* FRESNE in *gloss. gr. voc. γραμματιων* et in *gloss. lat. praef. §. XXVII.* MACR. in v. *feriniarius. MABILLON. d. l. lib. II. c. XIII. §. II.* PIGNOR. de *seruis p. 152.* MONTEFALCON. d. l. lib. I. c. V. p. 35.
 o) Vid. FESSEL. *adu. sacr. p. 6.* b) Vid. FRESNE in h. v. et MONTEFALC. d. l. lib. I. c. V. p. 35. c. VII. p. 80.
 p) teste MONTEFALCONIO d. l. c. V. p. 35. c) Vid. IO. BAPT. EGNAT. VENET. *annotat. in Jul. Capitol. et Pancirol. comment. in not. bist. imp. or. c. 77.* eiusdemque de magistr. municip. c. XXI. p. 195.
 q) in *gloss. lat. voc. notarius.* d) Vid. MONTEFALC. d. l. lib. I. c. V. p. 35. cap. VII. p. 68.
 r) auctore FRESNIO in *gloss. gr. voc. σέκρετον.* e) Vid. FRESNE in *gloss. gr. voc. ταβουλάριος,* et MONTEF. d. l. lib. I. c. VII. p. 76.
 s) in eius gratiam, qui testium numerum in fidem vocat, paucos nominabo; PHILOXEN. in *gloss. STEPHAN. in lex. sub h. v. FRESN.* in *gloss. vtriusque.* FESSEL. in *adu. sacr. lib. I. c. I. p. 19.* f) Vid. FRESNE in h. v. et MONTEFALC. d. l. lib. I. c. V. p. 35. c. VII. p. 80.
 t) Vid. MABILLON. d. l. lib. II. c. XIII. §. II. g) Vid. IO. BAPT. EGNAT. VENET. *annotat. in Jul. Capitol. et Pancirol. comment. in not. bist. imp. or. c. 77.* eiusdemque de magistr. municip. c. XXI. p. 195.
 u) Vid. HERM. HVG. de *prima scribendi origine* cap. XXXII. h) Vid. WOLFFG. LAZ. *comm. reip. rom. lib. II. c. IV. p. 123.* et HERM. HVG. c. l.
 v) Vid. HERM. HVG. c. l.
 w) Vid. HERM. HVG. c. l.
 x) Vid. WOLFFG. LAZ. *comm. reip. rom. lib. II. c. IV. p. 123.* et HERM. HVG. c. l.
 y) Vid. HERM. HVG. c. l.
 z) Vid. LAZ. *ibidem.* et HERM. HVG. c. l.

ΧΤΡΑΦΟΙ, εἰ εἰς τάχος γράψω πεπαιδευμένοι, g) τὸ τάχος h) εἰ γράφοντες, εἰ ταχέως γράφοντες, i) id quod neminem eorum, qui haec legunt, ignorare arbitror. Notarios enim a celeriter scribendo, ἀπὸ τῆς εἰς τάχος γράψω, k) quod illorum proprie erat, sic dictos esse, unusquisque facile intelligit. Adeo clarum hoc est, ut non videatur egere alterius voce. Sed ne quid desiderari possit, citabo loca aequae auctorum, EVSEBII l) nempe et SOZOMENI, m) quae apud ipsos videri possunt, quaeque de ταχυνγράφοις i. e. notariis loquuntur, ac virorum summorum testimonia. n) ΤΥΠΟΓΡΑΦΕΙΣ: Approbatur hoc omnibus eruditorum calculis, SVIDAE, o) STEPHANI, p) MEVRSII, q) SVICERI, r) VALESII. etc. s) Verum enim vero rationem denominationis huius intactam omittunt cuncti. Ego quidem, saluo tamen aliorum iudicio, existimo, repetendam inde esse, quia notarii olim vel litteris subscribere tum pontificum, t) tum Imperatorum atque regum, vel etiam in iudiciis ea, quae gesta, dictaque sunt, litteris mandarunt. ΤΥΠΟΓΡΑΜΜΑΤΕΙΣ, teste VALESIO, u) qui hac ipsa voce, quae apud Nicephorum occurrit, notarios vult designatos esse. Cetera iam, quae de synonymis, variisque notariorum appellationibus dici, tempus prohibet, vel recordationi, vel coniecturae permitto benevoli lectoris. Nam et multis plura hoc genus esse nota, nihil ambigo, et qui illa non norunt, poterunt tamen vltro ex iis, quae iam sunt allata, diuinare.

§. VIII.

- g) THEODORET. H. E. lib. II. c. 31. SEL. in *adu. sac.* lib. I. c. I. p. 19. SVICER. in *thes. eccl. voc. ταχέως.* etc.
- h) BASIL. in ep. 178. ad notar.
- i) Vid. IVNIUS in *nomenclat. voc. notarius* p. 438. vel n. 348.
- k) Vid. MONTEF. d. l. lib. I. c. V. p. 35.
- l) H. E. lib. VII. c. XXXIII.
- m) H. E. lib. IV. c. V. et XXI.
- n) STEPHAN. in *lex. sub v. γράφα.* THEOPH. (teste PRESNIO in *gloss. gr. v. ταχέως*) an. 7. IVSTIN. de *Prijsco.* IVST. LIPSIJ in *epist. ad Lessium.* FES.
- o) in *voc. ταχέως.*
- p) in *lex. voc. γράφα.*
- q) in *gloss. gr. barb. voc. ταχέως.*
- r) in *thesaur. eccl. voc. ταχέως.*
- s) in *annot. in l. 5. Socr. H. E. cap. XXII. p. 71. c. 2.*
- t) Vid. GREGOR. M. lib. IV. ep. XXV.
- u) in *annot. in lib. IV. Sozomeni h. e. cap. 3.*

§. VIII. Nos de nominibus, quibus primus notario-
rum, x) seu primus inter notarios y) et notarius summus z) di-
uerfis donatus est temporibus, cum quae in auctoribus obseruata,
indicabimus, lectorem ablegando ad illos ipsos, tum quae sint,
significabimus. Sunt vero haec: ANOTAPIOS. a) ABBREVIAT-
TOR. b) ARCHICANCELLARIVS. c) ARCHICAPPELLANVS. d)
ARCHIEPISCOPVS. e) ARCHIGRAMMATEVS. f) ARCIUISTA, g)
vel cum addito, PRIMARIVS. h) A SECRETIS. i) BIBLIOTHE-
CARIVS. k) CANCELLARIVS l) CHARTOPHYLAX. m) COMES
NOTARIORVM. n) ΙΑΝΥΑ ΕΧΟCΑΤΑCΟΕΛΟΡΥΜ. o) gr. *ἄρχα
τῶν ἐξουσιαστικῶν. Λογοθέτης*, LOGOTHETA. p) NOTARI-
VS. q) PRIMICERIVS, r) ΠΡΙΜΜΙΚΗΡΙΟΣ NOTAPION. s)
PRIMICERIVS EXCEPTORVM, t) seu NOTARIORVM. u)
ΠΡΙΜΜΙΚΗΡΙΟΣ ΤΑΒΟΤΑΡΙΩΝ. x) PRIMISCRINIVS. y)
ΠΡΩΤΟΑΣΗΚΡΗΤΗΣ z) ΠΡΩΤΟΣΤΑΤΗΣ ΤΥΠΟΓΡΑΦ-
ΩΝ.

- x) Vid. *act. conc.* tom. III. p. 89. c. 2. et AMMIAN. MARCELL. lib. XXVI. p. 318.
y) Vid. id. lib. XXV. p. 303.
z) Vid. MABILLON. *d. l.* lib. II. c. XI. §. V. et c. XIII. §. VI.
a) Vid. FRESNE in *addend. ad gloss.* gr. p. 4. et MONTEFALC. *d. l.* lib. VI. c. I. p. 394. 396. 397.
b) MACR. in *hierol. voc. breue et abbreviator.* conf. GRETSER. *ad Cod.* p. 162.
c) FRESNE in h. v. MABILLON. *d. l.* lib. II. c. XI. §. V.
d) MABILLON. *d. l.* lib. II. c. XI. §. V. X. conf. §. XIII.
e) MABILLON. *d. l.* c. XI. §. XIII.
f) TIRAQUELL. in *annot. in Alex.*
ab *Alex. dies gen.* p. 115.
g) MACR. in *voc. scriuiar.*
h) MACR. in *voc. primiscriuiar.*
i) HINCMAR. in *de ordine palatii.* ep. 14. c. 16.
k) MACR. in *v. scriuiar.*
l) *act. conc.* tom. V. p. 784. col. I. et 2. MABILLON. *d. l.* lib. II. c. XI. §. V.
m) MEVRS. *gloss. gr. barb.* in h. v.
n) FRESNE in *gloss. lat. voc. comes.*
o) CODIN. *de off.* p. 2. 3. GOAR. *ad eundem* p. 12. et GRETS. p. 162. MACR. in *voc. protonot.*
p) FESSEL. *adu. facr.* p. 4. 5. Conf. FRESNE in *gloss. lat. v. h.*
q) MABILLON. *d. l.* lib. II. c. XI. §. V.
r) *Act. conc.* tom. III. p. 103. c. 2. SPEIDEL. *d. l.* in *v. protonotariar.*
s) MEVRS. in *gloss. gr. barb. v. v. τριος.* FRESNE in *gloss. gr. v. h. SVI-GER.* in *thes. eccles. v. v. τριος.*
t) FRESNE in h. v.
u) *act. conc.* tom. I. p. 985. c. 2. p. 987. c. 1. 2. etc. tom. 2. p. 141. c. I. p. 143. c. 1 p. 144. c. 2. etc. GRETSER. *ad Cod.* cap. VI. p. 163. FRESNE in *gloss. lat. voc. notarii.* SVIGER. in *thes. eccles. v. πρωτοστρατιος.* PANGIROL. *not. imp. or.* cap. XCH.
x) COD. *de off. const.* p. 4 et GRETSER. *ad eundem* p. 174. seq.
y) MACR. in *v. h. et protonotarius.*
z) *πρωτοασκηρής. πρωτοασκηρής. πρωτοασκηρής.* GOAR. *ad Cod. de off. const.* c. II. p. 27. seq.

ΩΝ. a) ΠΡΩΤΟΝΟΤΑΡΙΟΣ. b) lat. PROTONOTARIVS. PROTOSCRIBA. c) PROTOSCRINIARIVS. d) PROTOSCRIPTOR ECCLESIAE. e) ΠΡΩΤΩΣ ΝΟΤΑΡΙΩΝ. f) ΠΡΩΤΕΤΩΝ. NOT. g) REFERENDARIVS. h) SCHOLASTICVS. i) SIGNATOR. k) TRIBVNVS NOTARIVS. l) vel TRIBVNVS NOTARIORVM m) gr. ΤΡΙΒΟΥΝΟΣ ΝΟΤΑΡΙΩΣ. n) ΤΡΙΒΟΥΝΟΣ ΝΟΤΑΡΙΩΝ. o) Quorum in collocatione, alphabeti ordinem attendi. Tantum abest, vt temporis, quando synonyma haec inualere, rationem habuerim aliquam. Et haec sufficiant, quae de synonymis hactenus commemoravi, pauca. Plura enim ad diuisionem properanti, non licet.

CAPVT III.

DE

DIVISIONE NOTARIORVM.

§. I.

Quandoquidem autem, quicquid in antiquitate notariorum a) est, vno oculi ictu perlustro, duo summa eorum genera deprehendo: nimirum *ecclesiasticos* alios, alios *ciuiles*.

a) πρωτοτάριος et ἄρχων τῶν υπογραφέων. MEVRS. in *gloss. gr. barb. v. notάριος*. FRESNE in v. *πρωμοτάριος*.

b) SOCRAT. lib. VII. cap. 23. COD. de *off. const.* cap. 1. conf. GOAR. ad *Codin.* p. 32. et GRETSERV. ad *eundem* p. 211. FRESNE it. MACR. et SVICER. in v. h.

c) BVXTORFF. *lex. Talmud.* in v. *עבדן*

d) MACR. in v. h. et *scriniarius*.

e) MACR. in *voc. protonotarius*.

f) FRESNE in *gloss. gr. voc. πρωμοτάριος*.

g) FRESNE in *gloss. gr. v. h.*

h) MABILLON. *d. l. lib. II. c. XI.*

§. III.

i) FRESNE in *gloss. lat. v. h.*

k) MABILLON. *d. l. lib. II. c. XI.*

§. XI.

l) GREGOR. DE RIVES in *declarat. vocum epitom. sub. voc. notarii*.

m) VALES. in *annot. in Marcell.* lib. XVII. p. 140. RVINART. in *act. Mart.* p. 478.

n) ISIDOR. PELVSIOT. ep. 291.

o) ZOSIM. *hist.* lib. V. p. 345.

a) sumta voce *notar.* in significatione laxiori. Nec inficias eo, foeminas quandoque notarius exercuisse officium. Locus illustris est lib. XVIII. MARCELL. p. 118.

ciuiles. b) Horum nomine, vt *ὑπαγογὸν πρῶτερον* agam, illi veniunt, qui vel senat. c) consulis, d) proconsulis, e) praetoribus, f) aedilibus, g) vel cum addito, curulibus, h) tribunis, i) quaestoribus, k) imperatoribus, l) regibus, m) ducibus, n) comitibus, o) aliisque viris p) illustribus, palatio q) item, foro, r) ciuitatibus, s) prouincis,

b) Quod si quis diuisionem ideo minus rectam esse censat, cum MEVSIVS scribat in *gloss. gr. barb.* (voc. *νοταριοι, νοταριος*), Sed notariorum primum duo erant genera. Hi ipsam artem factitabant illi proficebantur et adolescentes docebant ---- Et hi festum sanctorum notariorum celebrabant -- Eorum vero qui artem factitabant, tria rursus erant genera. Hi palatio inserviebant, isti militiae, illi ecclesiae, eum considerare velim, posse tamen hos ad genera referri, quae sunt posita.

c) Vid. GRVT. *inscript.* pag. 389. n. 6. p. 446. n. 3. p. 457. n. 2. p. 458. n. 6.

d) GRVT. *d. l.* p. 541. n. 10. p. 544. n. 6. p. 625. n. 6.

e) BARTH. *aduers.* lib. 50. c. 1.

f) Vid. CAROL. SIGON. *de iud. lib. I. cap. VI.* apud GRAEV. tom. II. *antiquit. rom.* pag. 1695.

g) GRVT. *d. l.* p. 174. n. 3. 4. p. 326. n. 4. 7. p. 349. n. 1. p. 483. n. 3. p. 562. n. 4. p. 415. n. 9. p. 326. n. 10. II.

h) Vid. hac de re PISONIS verba, quae exhibet OCTAV. FERRARIUS in libro *de origine roman.* apud GRAEVIUM tom. I. p. 15. BARTH. *d. l.* GRVT. item *c. l.* p. 326. n. 8. 9. 12. p. 42. n. 6. p. 94. n. 11. p. 1093. n. 8. et REINES. *synt. inscript. antiqu.* class. VI. 85. P. 438.

i) GRVT. *l. c.* p. 627. n. 5. 8. p. 562. n. 4.

k) GRVT. *l. c.* p. 626. n. 7. p. 1103. n. 1. p. 174. n. 3. 4. p. 349. n.

l. p. 625. n. 4. p. 1090. n. 15. Conf. ONVPHR. PANVIN. *de ciuit. rom.* cap. 66. apud GRAEV. tom. I. p. 322. BARTH. *d. l.* ANTON. AVGVSTIN. *de legibus*, qui apud GRAEV. tom. II. p. 1190. Suetonium, auctorem esse dicit, Domitianum scribas quaestorios ex consuetudine, sed contra legem Clodium negotiantes, venia donasse, et PETR. GREG. THOLOS. *d. l.* cap. XLII. init.

l) GRVT. *d. l.* p. 482. n. 5. p. 1073. n. 7. p. 272. n. 1. p. 578. n. 5. p. 1111. n. 12. FLAV. VOP. in *dis. Aurel.* Vid. tom. I. *hiss. Aug. script.* p. 511.

m) Vid. NICEPH. *ep. ad Leonem pontif.* inserta *act. conc.* tom. I. p. 1148. seq. FRESNE in *gloss. lat. voc. notariis, capellani, clerici*.

n) BARTHIO teste, qui *c. l.* ducalium scribarum in codice Iustiniani mentionem fieri tradit.

o) Vid. *Caroli M. capit. primi ann.* DCCC. c. III. p. 421.

p) e. g. iudicibus, officialibusque regis, *nouell. 82. de τῶν δικαστῶν*, de iudicibus, FRESNE in *gloss. lat. voc. clerici.* Defensoribus ciuitatum. v. PETR. GREGOR. THOLOSAN. *d. l.* lib. XLVII. cap. XLI. etc.

q) GRVT. *d. l.* p. 193. n. 11. p. 1049. n. 7.

r) GRVT. *d. l.* p. 445. n. 9. 10.

s) ita OCTAV. FERRARIUS lib. *de origine romanorum.* Vid. *thes. antiquitat. rom.* tom. I. p. 15. HENR. VALES. *annot. ad Ann. Marcell.* lib. XXVIII. p. 348.

F

ciis, t) legionibus, u) classibus, x) vel priuatis quoque personis, y) iisque ciuilibus, nauabant operam, vel acta publica, instrumenta, seu *συμβόλαια*, priuilegia, libros, epistolas, tum graecas, z) tum latinas, a) seu codicillos, et quaecunq; alia scribendo, vel scribentibus aliis assistendo, vel scripta describendo, vel responsa deferendo, vel subscribendo et recognoscendo diplomata, vel scriniis inseruendo, aliaque obeundo negotia. Quae cum ita sint, mirandum est minus, quod non varia tantum notariis cesserunt nomina illa, de quibus diximus, verum etiam in auctoribus, occurrere passim haec et talia videmus: notarius seu scriba libellaris, epistolaris, memorialis, criminalis, praesentationum, libellensis, etc. b) consularis, proconsularis, praetorianus, aedilitius, tribunicus et quaestorius; c) notarius secretorum, d) notarius imperatoris; e) notarius regis; f) notarius regiae dignitatis; g) notarius principis; h) notarius curiae et ciuitatis; i) notarius praetorianorum, qui notarius quoque dictus, diuini palatii; k) notarius militans; l) notarius et domesticus

p. 348. MONTEFALC. *d. l.* lib. IV. c. IX. p. 325.

t) HENRIC. VALES. et MONTEFALCON. *d. l.* GRVTER. *d. l.* p. 63. u. IO. et 591. n. 6. 7.

u) GRVTER. *d. l.* p. 80. n. 8.

x) GRVTER. *d. l.* pag. 564. n. 7.

y) Vid. PLIN. *epist.* 5. lib. 3. p. 163. et lib. 9. *ep.* 26. p. 556. nec non AVSON. *epigramm.* 137.

z) GRVTER. *d. l.* p. 578. n. 6. 1. p. 586. n. 8. 9. p. 587. n. 1. 2.

a) GRVTER. *d. l.* p. 272. n. 1. p. 587. n. 3. 4. Conf. BARTH. *c. l.*

b) V. PETR. GREGOR. THOLOSAN. *d. l.* cap. 41. §. 3. GVTHER. *d. l.* p. 400.

c) Conf. BARTH. *d. l.* CASAVON. *ad Ital. Capitolin. in vit. Opil. Marcin.* tom. I. *hist. Aug. scripte.* p. 757. SIGON. *de antiquo iure ciu. rom.* lib. II. c. IX. apud GRAEV. tom. I. p. 157. PETR. GREG. THOLOS. *d. l.* lib. XLVII. c. 42. §. I. ANT. AVGVSTIN. *de legibus* apud GRAEV. tom. II. p. 1190.

d) VOPISC. in *Aurel.* tom. I. *bist. Aug. scripte.* p. 511.

e) *scripte. rer. germ.* a FREHER. ed. tom. I. p. 62. et 236.

f) *scripte. german.* ex *biblioth. PISTORII* tom. II. p. 1.

g) MABILLON. *d. l.* lib. II. c. XI. §. IX.

h) auctore AMMIANO MARCELLINO lib. XXX. p. 417. apud quem et alios auctores saepiuscule fit mentio notariarum. Vid. EI. lib. XIV. p. 9. p. 22. p. 29. p. 30. lib. XV. p. 35. lib. XVII. p. 101. p. 113. lib. XIX. p. 150. lib. XX. p. 170. p. 171. lib. XXI. p. 182. p. 186. lib. XXII. p. 207. p. 222. lib. XXIV. p. 274. lib. XXV. p. 302. p. 303. p. 307. lib. XXVI. p. 317. p. 322. lib. XXVIII. p. 358. p. 366.

i) cuius in *Ital. sacr.* tom. VIII. frequentem fieri mentionem MABILLON. tradit *d. l.* lib. II. c. XIII. §. I.

k) vt ex *act.* apparet *concil.* tom. II. p. 295. col. 1. et 2.

l) AMMIAN. MARCELL. lib. XXX. pag. 425. lib. XXIX. p. 391. Quae-nam

cus m) etc. De quibus multa forsā, n) lectu non ingrata scribere haberem, nisi ceteros ad notarios festinaret haec scriptio, et quod amplius addo, sufficere haec crederem ad id, cuius gratia inferui, ad discernendos scilicet ecclesiasticos notarios a civili- bus, qui in ecclesiasticis saepius occupati fuere negotiis. o)

§. II. Illi sunt, quos ecclesiae inseruissē nouimus, tum iudaicae, tum christianae. De illius ecclesiae notariis, vt agam, instituti mei ratio non permittit. Huius autem cum nomino, eos non tantum intelligo, qui ab ecclesia constituti erant christiana, quibusque res totius aliquando ecclesiae curae erant, verum et, qui conciliis, episcopis, aliisque operam locabant. Quod vt clarius dicamus, omne illorum genus, ecclesiasticis ex scriptis conquisitum, veluti per saturam, vt est in prouerbio, proponemus conspiciendum, tantum abest, vt quantum oneris in se recipiat, qui haec talia plenius discutere conatur, ignoremus. Ac initio quidem NOTARII REGIONARII, graec. *ἑρηνωτάριος*, p) quos a Clemente PP. primum institutos scribit FRESNIUS, q) quosque hoc nomen inde sortitos esse cuncti sibi persuasum habent, quia septem regionibus, in quas vrbs Roma diuisa erat, praeerant, in GREGORIO M. r) memorantur, et ANASTASIO. s) Equidem in actis quoque conciliorum, notarii occurrunt regionarii, sed cum adiectione, APOSTOLICAE SEDIS. t) Sequuntur NOTARII tum sanctissimae ECCLESIAE CONSTANTINOPOLITANAE, tum fan-

F 2

nam vero militia fit, de qua sermo fit h. l. nondum satis exputauit. Triplex illa est SIRMONDO ad Sidon. p. 14.
m) VALES. in Marcell. lib. XVII. p. 140.

n) e. g. notarios hosce, (quorum collegium schola dicebatur) iuramento adstrictos, MARCELL. lib. XXVIII. p. 367. et 381. notis quoque excepisse, ID. lib. XXII. p. 206. nec expeditum esse de cuiusque dignitate iudicium, at de thecis illorum constare, quibus styli includebantur et pugillaria. Vid. AMM. MARCELL. lib. XXVIII. p. 371. LAVR. FIGNOR. de seruis edit. August. p. 116. et edit. Amstelod. 1674, qua in iconem thecae ab Andrea a Tornaco expressam inueniri, HOFFMANN. adfir-

mat in *lex. viui. voc. pugillares tabulae* etc.

o) Vid. CHRYSOST. *op.* tom. V. p. 611. *act. conc.* tom. II. p. 174. col. 1, 2. *Collat. Carthagin. cum Donatistis*, Optati Mileuitani oper. inserta.

p) MEVRS. *gloss. gr. barb.* in hac et *verάπιος* voc.

q) in *gloss. lat. voc. notarius. Conf. MEVRS. d. l. in v. verάπιος.*

r) lib. VII. ep. XVII. ind. I.

s) in *Hadriano PP.* p. 142.

t) *act. conc.* tom. III. p. 93. c. 2. p. 97. col. 2. p. 101. col. 1. p. 103. col. 2. p. 105. col. 1. p. 106. col. 2. p. 108. col. 1. p. 112. col. 2. p. 117. col. 1. p. 120. col. 2. p. 122. col. 2. p. 123. col. 2. p. 126. col. 1. etc.

ctae apostolicae ECCLESIAE ROMANAE, qui et simpliciter notarii ecclesiae romanae, et a pontificibus, notarii ecclesiae nostrae, dicti. Horum mentio fit in conciliorum actis, Gregoriquae scriptis, quem vulgo Magnum appellant. Id, quod dixi, vt confirmem, non per volumina ista eundo, sigillatim illorum nomina colligam, quos vocatos ita legimus, (hoc enim nimis longum foret) sed paucis saltem indicabo, notarios vocari Sericium u) sanctae et apostolicae ecclesiae romanae, Bonifacium, x) Aemilianum, y) et Anastasianum z) sanctae duntaxat ecclesiae romanae, Epiphanium a) autem Dionysiumque b) absque addito, ecclesiae romanae, et Paterium c) tandem, ecclesiae nostrae. Neque tamen credendum est, ecclesias saltem recte sentientes, notarios habuisse. Falsum enim hoc esse, ex titulo apparet, qui in gestis collationis inter catholicos ac donatistas in haec verba conceptus est: *Excipientibus quoque Ianuario et Vitale, notariis ecclesiae catholicae, Victore et Cresconio, notariis ecclesiae Donatistarum.* Excipiat hos exceptores, NAZIANZI ECCLESIAE lector et NOTARIUS, de quo testamentum loquitur GREGORII NAZIANZENI. d) Erant autem et CONCILIORVM notarii, qui non semel memorantur in eorundem actis. Sic Daniel Nicaeni concilii, e) Galteri et Petrus Bruneti, Basileensis, f) Paulus de Iuuenaco, Hermannus de Duvereck, et alii, Constantiensis, g) Nicolaus Lipamanus, Franciscus Spinola, Alphonsus de Lerma et reliqui, Lateranensis h) sub Iulio II. habiti, notarii fuisse perhibentur. Praeterea concilii Florentini historia, *γραμματικὸν* habet, *ὁ ἐπὶ τῆς ἑρῆς κατὰ τὸν δόξαν*, qui SVICERO I) audit, NOTARIUS SACRI CONSISTORII publicus, quemque explicat, eum scilicet, qui, vbi patriarcha senatum suum celebrabat, quicquid hic suis diceret, aut mandaret, describere tenebatur. Adhaec noti sunt NOTARIUM PATRIARCHARVM, ARCHIEPISCOPORVM, EPISCOPORVM, ABBATVM, DIACONORVM, ET DEFENSORVM. Certe Antiochus vna cum

u) *act. conc. tom. I. p. 1013. col. I.*
 x) *act. conc. tom. II. p. 523. col. 2.*
 y) GREGOR. M. ep. XXII. lib. IX.
 z) GREGOR. M. dial. lib. I. c. VIII.
 a) *act. conc. tom. II. p. 42. c. 2.*
 b) *act. conc. ibid.*
 c) GREGOR. M. lib. IV. ep. XXV. ind. XIII.

d) *adi. Et. oper. tom. I.*
 e) *act. conc. tom. I. p. 820. col. I. cap. 9.*
 f) *act. conc. tom. IV. p. 413. seq. p. 426. c. 2.*
 g) *act. conc. tom. IV. p. 252. col. I.*
 h) *act. conc. tom. V. p. 26. c. 2.*
 i) in *thesaur. eccl. voc. γραμματικος.*

cum Petro et Agathone plus simplici vice, k) notarius dicitur Georgii sanctissimi patriarchae Constantinopoleos, et in actis concilii nicaeni secundi, Petrus, qui alibi l) notarius sacri patriarchatus, *notarius* appellatur *τὸ ἐκ τῶν πατριαρχικῶν γενέτε*, notarius sancti patriarchici secreti. m) Ne dicam in praesentia de Constantino, n) Victore, o) Stephano p) notario sacri patriarchatus, diacono item magnae Dei ecclesiae, et nomophylace imperii romani, q) aliisque, quibus omisiss, et romanum patriarcham, hoc est, vt nunc loqui mos est, pontificem suum habuisse notarium, manifestum facio ex PLATINA, r) et inscriptionibus s) antiquis, non neglecto tamen eruditorum, qui datur hoc in loco, vnanimi consensu. Dein archiepiscopis quoque notarios fuisse quondam, vnumquemque suapte sponte ex eo colligere confido, quia Baanes, notarius nuncupatur Aretae archiepiscopi, t) Iacobus vero Andreas Parlatius, notarius curiae archiepiscopalis Neapolitanae, u) et Honoratus Parcatoris, notarius, et curiae archiepiscop. Aquiscriba. x) Porro de episcopis, quod asserui, non inepte putari, exempla docent, quae suppetunt, nempe Alexandri, y) episcopi Alexandrini, cui S. Athanasius; Hellenici z) Rhodiorum ciuitatis episcopi, cui Epaphroditus; a) Venantii, b) Hierapolitanae ciuitatis episcopi, cui Theodosius, et aliorum, c) quibus alii fuere

F 3

k) in actis concil. VI. Cpolit. Vid. act. conc. tom. III. p. 240. col. 1. p. 242. col. 1. p. 266. col. 2. p. 285. col. 1. p. 321. col. 2. p. 335. col. 2. p. 341. col. 2. p. 327. col. 2.

l) act. conc. tom. III. p. 516. c. 1.

m) act. conc. tom. III. p. 463. c. 1.

n) act. conc. tom. III. p. 465. col. 1. p. 461. col. 2.

o) act. conc. tom. III. p. 515. c. 2.

p) act. conc. tom. III. p. 539. col. 1.

q) MONTEFALC. d. I. lib. IV. c. VI. p. 302.

r) de vitis pontif. p. 149. in vir. Pe-lag. pontif.

s) Vid. GRVT. d. I. p. 306. n. 6. p. 578. n. 6. etc.

t) Vid. MONTEFALC. d. I. lib. I. c. VI. p. 43.

u) act. conc. tom. V. p. 37. col. 1.

x) act. conc. tom. V. p. 158. c. 1. conf. MABILLON. d. I. lib. II. c. XIII. §. II. vbi notarii meminit archiepisc. Narbon.

y) SOZOM. H. E. lib. II. c. XVII.

z) act. conc. tom. I. p. 987. col. 1.

a) qui et simpliciter Rhodiorum ciuitatis notarius dicitur ibidem i. e. act. conc. tom. I. p. 987. c. 1.

b) act. conc. tom. II. p. 213. c. 2.

c) e. g. Cypriani, HIERON. catal. script. c. LIII. Ambrosii, Palladii, act. conc. tom. I. p. 722. c. 2. p. 724. col. 1. 2. p. 725. c. 1. etc. Refero huc tamen Germanum Parisiorum antistitem, de quo MABILL. vid. d. I. lib. II. c. XIII. §. II.

notarii. Et quid vetat hic producere, Origenis d) et Hieronymi e) Stridonensis, virorum celeberrimorum, notarios? Denique de diaconorum, et abbatum, et defensorum notariis, nemo quisquam habebit dubitare, quippe in Caroli M. capit. primi anni DCCC.V. statuitur, *vt vnusquisque episcopus et abba, et comites suum notarium habeant*, Eunomius autem Galata Cyzicenus postea episcopus, Aëtii diaconi Antiocheni notarius fuisse legitur, GREGORIVS que tandem M. in epistola f) ad Fantinum defensorem data, expresse scribit; *60. solidos per notarium tuum tibi transmisi-mus*. Pedem promoueo ad NOTARIOS CAPITVLORVM, quibus Mabillon in annum, capituli sigilla et registra commissa esse scribit. g) NOTARIOS NATIONVM, posterioribus temporibus, in conciliis ordinatos animaduerti. Quod ne quis me commentum putet, inspiciat acta concilii constantiensis, quae in *concil.* tom. IV. legenda nobis exhibentur, quibusque id, quod dixi, apertissime confirmatur. h) NOTARII DIOCESIVM dicti forsitan sunt, qui antea sub Gregorio M. notarii in Sardinia, i) Sicil. k) etc. NOTARII APOSTOLICI, verbis ac iudicio, PETRI GREGORII THOLOSANI, l) *tales esse debent, qui ab episcopis, aut archiepiscopis, vel officialibus, seu vicariis eorundem examinati, se sufficientes per se huic muneri et idonei inueniantur, iuramentum fidei in eorum manibus praebent. Eaque de re codicillos testimoniales recipiant, quos describi curant regestis episcoporum, archiepiscoporum et senarchorum.*

§. III. Ad haec autem, quae fecimus, notariorum ecclesiasticorum genera, num, et qua ratione referri possint, aut debeant ii, quos vel sine ordine congestos effundam: notarii apostolicae sedis, m) notarii sedis romanae, n) notarii sedis nostrae, o)

d) EVSEB. H. E. lib. VI. c. XXIII.

HIERON. *catal. script.* c. LXI. add.

SVID. in v. *supra*.

e) Vid. EL. *praef. l. 3. super epist. ad Galat.*

f) ep. XLIII. lib. III.

g) d. l. lib. II. c. XIII. §. II.

h) Vid. tom. IV. p. 252. c. I. seq.

i) GREGOR. M. lib. IV. ep. IX.

k) GREGOR. M. lib. VIII. ep. XXII. ind. III.

l) in d. l. lib. 47. c. 42. §. 15.

m) *act. conc.* tom. III. p. 96. c. 2.

p. 100. col. 2. p. 103. col. 1. p. 112.

c. I. p. 117. c. I. p. 120. c. 2. p. 127.

c. 2. p. 122. c. I. p. 123. c. I. p. 126.

c. I. p. 128. c. I. p. 129. c. 2. p. 134.

c. 2. p. 137. c. 2. p. 140. c. I. p. 149.

c. I. 2. p. 160. c. 2. tom. IV. p. 390.

c. 1.

n) *act. conc.* tom. II. p. 825. col. 2.

o) GREGOR. M. lib. II. ep. XXXIV.

ind. X. ep. XLI. ind. XI.

notarius noster, p) meus, q) notarius apostolicus, r) seu s) publicus apostolica auctoritate notarius, t) notarius romanus, u) notarii sacri palatii apostolici causarum, x) notarii apostolica et imperiali, y) nec non regia z) delphinalique a) auctoritatibus, notarii camerae apostolicae, b) notarii praesentis causae, c) notarius constantinopolitanus, d) notarii academiarum, de quibus meminit PETRVS GREGORIUS THOLOSANVS, e) et eum credo, secutus, SPEIDELIVS, f) id demum est, de quo lectorem iudicare posse, confido. Illud autem forte nunc a me postulatur, ut quem in finem ecclesiae, concilia, patriarchae, archiepiscopi, episcopi etc. vti sint notariis, ostendam. Sed cum hoc, quod flagitur, manifestum fiet, quando ea exponam, quae notariorum muneri, et officio sane quam amplissimo incumbabant, expendo potius originem illorum.

CAPVT IV.

DE

ORIGINE NOTARIORVM
ECCLESIASTICORVM.

§. I.

Quod dum facio, non ibo longius, nec quid illi hac de re statuere videantur, aperiam, qui psalmo XLV. in vocibus מודר סופר Dauidem alluisse aiunt, a) ad notarios, notis velociter

p) GREGOR. M. lib. IX. ep. 18.
43. 65. lib. X. ep. 15. lib. V. ep. 30.

q) GREGOR. M. lib. IV. ep. 49.

r) *act. conc.* tom. V. p. 100. c. 2.

s) id quod colligo ex collatione tom. V. *act. conc.* p. 100. c. 2. cum. ei. tom. V. p. 102. c. 1.

t) *act. conc.* tom. V. p. 102. col. 1. tom. IV. p. 696. c. 2. tom. V. p. 58. col. 1.

u) *act. conc.* tom. II. p. 141. c. 1.

x) *act. conc.* tom. IV. p. 277.

y) *act. conc.* tom. IV. p. 268. c. 1. tom. V. p. 159. col. 1.

z) *act. conc.* tom. V. p. 688. c. 1.

a) *act. conc.* tom. V. p. 119. c. 2.

b) *act. conc.* tom. IV. p. 249. col. 2.

c) *act. conc.* tom. IV. p. 380. col. 2.

d) GREGOR. M. lib. XI. ep. XXVII. ind. VI.

e) *d. l.* lib. XLII. cap. XLII. §. 13.

f) *d. l.* sub v. *Notarien.*

a) GEIER in *b. psalm.* FESSEL. l. c. I. c. 1. p. 19.

ter scribere solitos, neque duos in scribas, qui coram Sanhedrin stetero olim, b) digitum intendam, vel vt alia multa, ita et notariorum nomina, et officia, ex republica in ecclesiam demum translata esse, indicabo, quanquam hoc ipsum argumentum, non tam est, vt aliquis primo intuitu credere queat, ab instituto, quod prae manibus est, alienum. Verbis tantum vberioribus explicabo, quo tempore forsitan notarii in ecclesiam introducti sint christianam. Antero, institutionem notariorum ecclesiasticorum adscribere mauult B. SAGITTARIVS, non immerito se dubitare, scribens, c) *an nascenae religione christiana Clemens in has curas deuenit: multoque minus vero consentaneum est, tantum sibi tum temporis indulsisse Clementem, vt nouam romanae vrbs diuisionem ausus fuisset suscipere, et subiungens: De Antero, qui III. saeculo romanae ecclesiae praefuit, id potius crediderim.* Alii Fabianum notarios primum instituisse existimant, quod ex PAMELIO, d) HILDEBRANDO, e) et QVNSTEDIO, f) hausisse me profiteor. Sed, vt ratio non apparet firma, cur seculi primi christianis, studium denegemus omne acta martyrum consignandi, vrbs autem diuisionem, appellare fortean possumus, aut debemus, ipsam partium vrbs tacitam assignationem; sic vtramque opinionem minus probabilem esse, statim intelliget is, qui illud inprimis considerat, Anterum sedem romanam tenuisse quando Maximinus facuuit persecutor, Fabianumque vt volunt, ab anno Christi 238. vsque ad annum 254. ecclesiae praefuisse romanae, PONTIVM vero DIACONVM (quem ad annum Domini 240. FRISIYS g) refert, quemque anno 258. obiisse nouimus,) maiores suos martyrum acta conscripsisse testari in vita Cypriani, vbi in haec prorumpit verba, *maiores nostri hominibus plebeis et catechumenis, martyrium consecutis, tantum honoris pro martyrii veneratione detulerunt, vt de passionibus illorum multa, aut prope dixerim omnia conscripserint, vt ad nostram quoque notitiam peruenirent, qui nondum eramus nati, imo Tertullianum, antiquiorem Pontio Diacono, PAMELIO h) teste,*

b) Vid. LIGHTFOOT bor. hebr. P. I. p. 605. et P. II. p. 130. GOODWIN

Mos. et Aaron. p. 403 et 410.

c) in libr. de martyrum natalit. c. I.

§. XII.

d) Vid. EI. annot. ad Cyprian. ep. XXXVII. p. 43.

e) Vid. EI. diss. de conc. veter. c. III. §. IIX.

f) Vid. EI. antiqu. cap. 2. num. IIX.

§. 6. p. 130.

g) in biblioth. patrum ed. anno MDXCII.

h) l. c.

teste, factos ecclesiae opponere municipalibus solemnitatibus gentiliū. Apparet enim hinc, vt opinor, esse vtiq̄ue ante Anterum Fabianumque constitutos quosdam ad id, vt acta martyrum litteris consignarent, factosque conficerent. Accedit, quod Antero, non tam notariorum institutionem, quam actorum ab iisdem repetitionem et in ecclesia asseruationem in pontificali tribui ipse agnoscit Sagittarius, Fabianumque notariis quidem *ἐργηδιώνας*, seu operum exactores adiunxisse, non autem eos primum instituisse volunt, ANASTASIVS, et PLATINA, quorum ille: i) *Hic (Fabianus), inquit, regiones diuisit diaconibus, et fecit 7. subdiaconos, qui septem notariis imminerent, vt gesta martyrum in integro colligerent.* Hic vero ita: k) *Fabianus autem pontifex septem diaconis regiones diuisit, qui a notariis martyrum res gestas colligerent ad ceterorum exemplum, qui Christi fidem profitebantur.* Vt taceam, ab iis, qui pro Fabiano pugnant, nullas proferri rationes, minimum, non memorari ab auctoribus, qui opinionis istius mentionem faciunt. Quae enim iam adlata sunt, fortassis ad ostendendum, quod intenderam, sufficiunt, nihil esse, cur iis accedamus, qui vel Anterum, vel Fabianum auctorem statuunt notariorum ecclesiasticorum.

§ II. Praefertim cum origo illorum longe melius ex effato virorum doctissimorum a persecutionibus repetatur, quae in primo statim seculo post Christum natum, ecclesiam afflixere christianam. Nec ausim penitus recedere a communi omnium sensu, qui est, sub Clemente primo romano episcopo notarios regionarios coepisse. Id enim ANASTASIVS tradit his verbis; l) *Hic (Clemens) fecit 7. regiones diuidi notariis fidelibus ecclesiae, qui gesta martyrum sollicito et curioso vnusquisque per regionem suam diligenter perquirerent.* Et PLATINA, m) *sedem vero Petri retinens, (Clemens) inquit, annis nouem, mensibus duobus, diebus decem: et regiones septem notariis diuisit, qui diligenter res gestas martyrum scriberent.* Idem legas in venerabilis Bedae et Adonis episcopi Viennensis martyrologis. n) Idem Guilielmus de Nangis adfirmat et Albertus Stadenſis BOXHORNIO referente. o) Idem

i) in *vita Fabiani* PP. p. 9.
k) de *vit. pontif.* p. 56.
l) in *vit. Clement.* p. 2.
m) *h. c.* p. 23.

n) quod assero fide fretus b. SAGITTARII d. l. §. XI.

o) in *hist. viui.* p. 167.

G

Idem WERNERVS ROLEWINCK scribit, p) idem quoque COM-
 PILATIONIS CHRONOLOGICAE AVCTOR, quae *germ. script.*
 tom. I. PISTORII inserta legitur q) idem denique CARION, r)
 POLYDORVS VIRGILIVS, s) LYDIVS t) et CHARRON. u) Non
 nescio quidem, compilationis chronologicae confarcinatorem,
 XII, Carionem vero, octo memorare regiones, (si vterque locus
 mendi est expers) quae notariorum curae, a Clemente olim sunt
 commissae. Verum hoc obtare, quo minus in summa causae,
 conspirare hos cum reliquis, dici queat, nemo credo est, qui
 existimet. Quare finem facio hac de re scribendi, monens, *nota-*
rii nomen inde postea in graecam translatum esse ecclesiam, quid
 quod temporis processu, morem hinc natum colligi omnino posse,
 vt patriarchae, episc. etc. suos habuerint notarios.

T A N T V M.

p) in *fascic. temp.* Vid. *germ. script.*
 tom. II. a PIST. edit. p. 40. c. 2.

q) p. 710.

r) in *chron.* lib. 3. p. 230.

s) de *inuent. rer.* lib. IV. c. XI. vbi
 Iulium quidem primo loco memorat,

mox autem Clementi tribuit piū istud
 factum.

t) in *gloss. lat. barb.* quod accessit
 NIC. DE CLEMANGIS *operibus* Lugd.

Bat. ed. anno 1613.
 u) *bist. uniu.* c. LXXI. 489.





DISSERTATIO II.

Dixi hactenus, de nomine notariorum: synonyma, quae adtributa illis leguntur, commemoravi: diuisionem in ciuiles et ecclesiasticos, attingi: postremo, communem de origine notariorum ecclesiasticorum opinionem, non omnino reiiciendam esse indicaui, de his omnibus, ne quid dissimulem, tenuiter locutus.

CAPVT V.

DE

OFFICIIS NOTARIORVM ECCLESIASTICORVM.

§. I.

Nunc officia a) ipsa, exponenda veniunt, quae ecclesiastici obire debuerunt notarii. Primum autem omnium confessione, notarios ecclesiasticos ACTA MARTYRVVM CONSCRIPSISSE, (i. e. ea, si BARONIVM b) audis, quae extra cancellos cum martyribus agebantur, vel dicebantur, quippe illa, quae intra cancellos obducto velo, coram iudicibus, cum de ipsis quaestio haberetur, iidem rogati, dicerent; publicorum exceptorum muneris erat, cuncta scriptis mandare, et inter publica acta referre, quae ipsa, vel horum

G 2

potius

a) Quae cum nominavi, tum ea, quae notariorum propria, tum, quae communia ipsis erant cum aliis, vno verbo sum complexus.

b) in *ann.* ad ann. 238. n. 2. et MONTACTIVM in *praefat.* ad origin. *eccles.* §. 12.

potius exemplum a christianis collata pecunia redimi solebant, et inter acta martyrum sedulo asseruari,) notius est, quam, vt a me dici oporteat. Certe BARONIVS et MONTACVTIVS, (vt vel duos saltem nominem,) viri rara eruditione suscipiendi, et in multis ceteroquin aduersarii, adfirmant idem. Ille enim vt fileam de verbis modo adductis, Sed et (inquit) c) in hoc illud confiderandum: si Ethnicus auctor hisce nostris rebus et praeclaris admodum facinoribus suam ipsius historiam illustrari arbitratus est: haud putandum, tam segnes ac desides fuisse christianos, vt ea scriptis mandare neglexerint. Etenim cum aliorum, tum Clementis papae potissimum in his inuigilasse studium, certum est: nam ab eo ad hoc opus fuerunt instituti septem notarii, quibus et ad id praestandum regiones urbis diuisi: qui (quod habet liber de romanis pontificibus nomine Damasi) acta martyrum solcite et curiose per regiones quisque suas perquirerent, atque conscriberent. Hic vero sequentibus vitur verbis, d) quae adscribere non recuso, quia ad rem faciunt, nec auctor ipse in manibus versatur omnium: Erat hoc notariorum, qui vocabantur, officium et ἐπιτηδεύμα. --- Illi autem notarii palmas martyrum et adorea, per eculeos, ignes, bestias, per tormenta exquisitissima, et horrenda, ἐπιτελεώσεις, consignabant: patrum conuenarum dictata, statuta, scita apothegmata, ad regulam fidei, traditionem ecclesiae, inconcussam conseruandam, fideli potius sermone, quam petito, nimirum excepta de dicentium ore, commendabant per literas posteritati. Et quae sic in acta referebant, non erant concisim congesta, et κατ' ἐπιτομήν, quasi quaedam potius lineamenta, et membrorum συρραφές, breuiter, et ἐν τόπῳ indicarent, sed erat, quasi corpus, τὸ ἐκπόνημα suis partibus integre, et συνέως coagmentatum. Particularius enim illi explicabant, si quid apud iudices, interrogati, pro tribunali respondebant confessores: si qui danti in quaestionem apud carnifices, in neruo, et eculeo constituti: si quid egregie dictum essati fuerant, aut fortiter factum paraauerant, cum ducerentur: si quid magnifice vel animose protulerant, dum excarnificarentur: si quid magnificum, percussi, piam religiose exhalantes animam: si quid apud populi coronam monitoriale proloquuti fuissent. Tormenta, quoque singula, et cruciatus, uncas, vngues, craticulas, sartagine, ingesta, suspensa, repetita supplicia, temp-

c) ad ann. 98. n. 3. Vid. EVND. in praecipitatione dicendorum de marty-
 rologio rom. huic ipsi praemissa. c. I.
 d) d. l. §. 12. et 13.

rum interstitia et intercapedines, et respirationum interualla, fideliter perscribebant. Quod si clamet priuarum, intra cancellos proconsulares: si secretius conuenti apud praesides: si in ergastulorum cryptis et foraminibus, foriter loquuti vel passi fuerant, quod silentio alioqui, reticentiae, et obliuioni fuerat consecrandum, pecunia redemptum ab aetuariis, a ministris, ab accensis magistratum, et apparitoribus, in tabulas cum ceteris, et acta referebant. Quae quemadmodum tunc conscribebantur, licet animaduertere sigillatim repraesentare, in multis, quae nunc extant, martyrum certaminibus. Clementem ferunt, illum sancti Petri romae ex diaconis, Petri certe Paulique *συνοδικῶν*, in hunc finem instituisse notarios septem, per totidem romanae urbis regiones, qui celeriter, per notas literarum, dicta omnia describerent, exciperent, in illorum passionibus obseruanda. Ille, quo adstruat id, quod profert, Anastasium adducit; hic, ad communem duntaxat opinionem prouocat. Ego hanc sententiam, non equidem dixerim absolute veram, probabilem tamen esse, non, opinor, inuitus mihi quilibet largietur. Cum enim ex PONTII DIACONI verbis, superiori dissertatione exhibitis, liquido patescit, fuisse olim, qui acta martyrum notabant, intelligi id sane debet, vel de clericis, vel de laicis, vt terminis vtar vtitatissimis. Clericos, puta episcopos et presbyteros huic muneri destinatos fuisse, nemo sibi persuasum habebit, qui perpendit secum, notarii munus, vt initia rerum esse solent, paulo vilius primo esse habitum. Laicis autem, quamuis non constituti fuerint ab ecclesia, fidem tamen fuisse apud cunctos, adeo, vt quaecunque scriberent de martyribus, publice reciperentur, vix ac ne vix quidem est probabile. Quod si sic est, quid obstat, quo minus iudicemus, Pontium Diaconum subobscurè ibidem significare, ecclesiam tum temporis denominasse quosdam ad id, vt acta martyrum litteris consignarent. Et profecto notariis hoc incubuisse, ANASTASIVS passim innuit. At inquit aliquis, pontificale hoc tale non est, vt cum eo in tenebris micare quis possit, ac Cyprianus presbyteros et diaconos ipsos adhortatur, vt dies annotent, quibus martyres sunt martyrium perpeffi. Sed regero: ita quidem demum argumentum prius, ponderis aliquid haberet, si euinceret, fidem omnem abrogandam esse Anastasio. Tam vero, quia minime ita comparatum est, nobis nil quicquam officit, qui sententiae, quam diximus de notariis, probabilitatem ex eo, conciliare modo intendimus. Nec feliori successu, verba vrgentur

Cypriani. Etenim, aut omnia me fallunt, aut declarant solum, notarii munere, temporis progressu, digniores etiam esse fundos. Quae cum ita se habeant, nihil est causae, cur meliora nondum edocti, viris tantis ad stipulari renuamus, qui a notariis cuncta, dicta martyrum, vel facta, scripto adieuerant excepta esse. e)

§. II. Magis firmo tamen, ea notariorum officia, talo innuntur, quae non aliunde, quam ex conciliorum actis, et Gregorio M. addo etiam, scriptoribus ecclesiasticis hausi, quaeque, proposita vero confirmem, ac satietatis taedium, quanto possum opere, declinem. Illico autem hic in mentem venit, id, quod NOTARII ECCLESIAE DOCTORVM AMANVENSES quondam fuerint. Quod qui negat, ignorare videtur, Ambrosium, virum nobilem et doctum, a Valentinianorum et Marcionitarum haeresi, ad fidem catholicam conuersum, Origeni septem et amplius suppeditasse notarios, qui ea omnia, quae dictabat, scribere tenebantur; f) Caecilium Cyprianum, si Tertulliani scripta posceret, Paulo notario suo, dicere esse solitum, *da magistrum*; g) Basilium, in epistola ad notarium data, h) adhortari illum, vt characteres recte ac plene fingat; Hieronymum conquestum esse de eo, quod notarius, vel minimam in loquendo moram, aegre admodum ferret; i) epistolas tandem Nicolai superesse, notarii S. Bernardi abbatis Clareuallensis. k) Haec enim omnia talia sunt, vt haud sine ratione colligas inde, notarios, qui ecclesiae doctoribus erant, scribendo illis inseruisse, id quod probandum nobis, euincendumque erat. Exstant et alia huius rei documenta: ast, dum haec sufficiunt ad fidem isti faciendam, commemorare illa nolo.

§. III. Porro notarii, CONCIONES EXCIPIEBANT ECCLESIAE DOCTORVM. Libens equidem, sententiam eorum amplector,

e) vt ne memoria eorum intercederet. Quandoque tamen, ex manibus christianorum, persecutores illa extorque conatos esse, locus ostendit FRUDENTII hymno I. *Periseph.*

f) EVSEB. *H. E.* lib. VI. c. XXIII. HIERON. *catal. script.* c. LXI. add.

SVID. in v. *Opisus*, et PLATIN. in *vit. Pontiani I. pontif.* p. 53.

g) HIERON. *l. c. c. LIII.*

h) ep. CLXXVIII.

i) v. *El. praef. lib. 3. super epist. ad Galat.*

k) quas reperire licet in *max. bibl. patrum* tom. XXI. p. 517. seqq.

stor, qui a notariis ciuilibus, conciones sacras exceptas esse, contendunt. In promptu enim sunt verba tituli 16. GAUDENTII episc. Brixiani tractatus: 1) *Eiusdem tractatus, quem prima die ordinationis ipsius quorundam ciuium notarii exceperunt.* SOCRATIS m) item: *postea vero ex laboris assiduitate fiduciam nactus, (Atticus) ex tempore loqui et panegyricam concionandi rationem sectari coepit. Nec tamen eius conciones huiusmodi fuerunt, vt ab auditoribus vel plausu exciperentur, vel scriptis mandarentur.* Et CASSIODORI: n) *Primo quidem cum presbyter esset, (Atticus) libros faciebat, (i. e. sermones) et meditados coram ecclesia recitabat; postea vero etiam fiduciam cum labore sortitus, sub oculos doctrinam laudabilem proferebat, non tamen tales erant eius sermones, vt etiam ab auditoribus scripturae traderentur.* o). Quibus, vel ciuium notariis, vel auditoribus, promiscue, factum hoc adscribitur. Neque huic asserto, repugnare dixerim ea, quae EVSEBIVS p) habet: *Origenes iam sexagenario maior: vixit qui ex diuturna exercitatione maximum dicendi usum sibi comparasset, conciones quas habebat ad populum, a notariis excipi permisit, cum id antea fieri numquam concessisset.* GREGORIUS quoque NAZIANZENSIS: q) *Valete sermonum meorum amatores, et cursus et concursiones, et calami, tam perspicui, quam occulti.* GAUDENTIUS episc. Brixianus: r) *De illis vero tractatibus, quos, notariis, (vt comperi,) latenter adpositis, procul dubio interruptos, et semiplenos, otiosa quorundam studia colligere profumserunt, nihil ad me attinet. Mea iam non sunt, quae constat praecipiti excipientium festinatione esse conscripta.* SOCRATES: s) *Quales porro fuerint eius (Ioannis Chrysostomi,) conciones, seu quae ab ipso editae, seu quae ex ore dicentis a notariis exceptae sunt, quam illustres et ad allucendos auditorum animos accommodatae, quid nunc attinet dicere,*
et

1) Vid. magn. biblioth. patrum tom. 2. p. 58.

m) H. E. lib. VII. cap. 2.

n) quae habentur in b. trip. l. II. c. 2. apud FERRAR. in de rit. sacr. eccl. vet. conc. l. 2. c. 28. p. 314. add. NICEPH. lib. 13. c. 29. pag. 836.

o) aliorumque, e. g. POSSIDI in vita Augustini.

p) H. E. lib. VI. c. 36. add. NICEPH. H. E. lib. 5. c. 19.

q) in oratione 32. p. 528.

r) in praef. ad seruum Christi Beneuolum. Vid. magn. biblioth. patrum tom. 2. p. 3. 4.

s) in H. E. l. 6. c. 4. conf. NICEPH. H. E. l. 13. c. 3. p. 795.

et GREGORIVS MAGNVS: t) *Homilias, quae in beato Ezechiele propheta, ut coram populo loquēbar, exceptae sunt, multis curis irruentibus in abolitione reliqueram. Sed post annos octo, petentibus fratribus notariorum schedulas requirere studui, easque fauente Domino transcurrens, in quantum ab angustiis tribulationum licuit, emendaui.* u) Nihil fecius tantum abest, ut notarios ciuiles tantum, conciones scripto mandasse largiar, ut quidvis potius crediderim, quam istud, imo auctores fere omnes, quos nominati, de ecclesiasticis simul, locutos esse, existimem. x) Interim operae pretium fuerit, de exceptoribus, vel oculis omnium obuertantibus, vel e conspectu illo se subducentibus, FERRARIVM audire hoc pacto scribentem: y) *Illud etiam perspicit licet, non clam modo, verum etiam palam, adfuisse in concionibus huiusmodi notarios seu exceptores: nam et oculos ac perspicuos calamos dixit Gregorius Nazianzenus in oratione 32, et notarios, latenter adpositos memorat Gaudentius Brixienensis in praefatione ad beneuolum. Eusebius itam ac Nicephorus, cum narrent, ante sexagesimum annum semper ueruisse Origenem, suas a notariis scripto excipi conciones, indicant etiam palam ante oculos omnium positos fuisse in ecclesia hosce Origenis exceptores: qui enim potuisset is, ne exciperent, interdicere Origenes, nisi iidem fuissent et sibi et aliis noti atque manifesti? z)* Haec ille. Quibus ita confectis, id nunc disquirendum est, an notarii CONCIONES, QVAS EXCEPERE, IN CODICIBUS RETVLERINT? Et sane parum abest, quin illi sententiae subscribam. M. etenim GREGORIVS concionum meminit a) ab exceptoribus in codicibus affixarum: *Quod vero quaedam (homiliae) antepositae sunt, quae in euangelio post leguntur: quaedam vero postpositae, quae ante per euangelistam scriptae sunt, inueniuntur: nequaquam*

t) in praefat. homil. in Ezechielem prophetam praemissa, ut et in prologo libri XL. homiliarum, cuius verba dein exhibebimus.

u) alique, e. g. notarum auctor, quae adiecta leguntur catechesibus Cyrelli, Symeo Metaphrastes, et Georgii patriarcha alexandrinus in Chrysostomi vita, quorum verba, quae huc spectant, FERRARIUS refert d. l. p. 312. seq.

x) fallitur hic b. QVNSTEDIUS, qui in praef. lib. 3. super ep. ad Galat. Hieronymum arbitratur notarium intelligere conciones suas excipientem.

y) d. l. p. 317. seq.

z) Adde, GREGORIVM M. in epist. ad Leandrum Episcopum expositioni praefixa libri b. Iob, eorum meminisse, quae excepta sub oculis fuerant.

a) in prol. lib. XL. hom.

mouere tuam fraternitatem debet: quia sicut a me diuersis temporibus dictatae sunt, ita quoque sunt ab exceptoribus in codicibus affixae. Nec illud scrupulum alicui iniicere debet, quod idem GREGORIUS refert, b) notariorum schedulas se conquisiuisse. Arguit quippe hoc, notarios schedulis mandasse dicta, neutiquam autem inferri hinc potest, has ipsas schedulas codicibus dein insertas nunquam fuisse.

§. IV. Quod uti nemo inficiabitur, nisi omni destituatur cognitione, ita etiam notarios interdum, CONCIONES PVBLICE RECITASSE, quarum auctores erant ecclesiae doctores, tam manifestum est, quam quod manifestissimum. Luculenta satis sunt GREGORII M. verba, quae extant in commemorato semel atque iterum prologo libri quadraginta homiliarum; c) *Inter sacra missarum solennia, ex his, quae diebus certis in hac ecclesia legi ex more solent sancti euangelii quadraginta lectiones exposui. Et quarundam quidem dictata expositio, assistenti plebi est per notarium recitata. Nec hinc abluere ea FERRARIUS censet, quae apud GREGORIVM M. leguntur: d) Multis vobis lectionibus, fratres charissimi, per dictatum loqui consueui, sed quia lassescere stomacho, ea quae dictaueram, legere ipse non possum, et quosdam vestrum minus libenter audientes intueor: unde nunc a memetipso exigere contra morem volo, ut inter sacra missarum solennia, lectionem sancti euangelii non dictando, sed colloquendo edisseram, Et IO. DIACONVM e) Stationes per Basilicas, vel sanctorum martyrum coemeteria secundum quod haecenus plebs romana quasi eo viuente certatim discurret, sollicitus ordinauit: per quas, et ipse simul discurrens, dum adhuc eloqui praeculeret, viginti homilias euangelii coram ecclesia diuerso tempore declamauit: reliquas vero eiusdem numeri dictauit quidem, sed lassescere stomacho languore continuo, aliis pronuntiandas commisit. --- Dum adhuc Gregorius ad loquendum voce statique sibi sufficeret, per stationes discurrens, viginti homilias euangelii diuerso tempore coram populo declamauit: reliquas vero eiusdem numeri dictauit quidem, sed lassescere stomacho languore continuo, aliis pronun-*

b) in *praeef. hom. in Ezech.*

c) ex quo loco non minus, atque ex *praefat. GREGOR. M. hom. in Ezechielem*, illud praeterea discimus, a re, in qua uersamur, minime alienum, homilias habitas et exceptas, post-

ciare
ea ab auctore fuisse diligenter emendatas.

d) in *homil. XXI. libri XL. hom.*

e) in *vit. Gregor. M. lib. 2. c. 17. et lib. 4. c. 74.*

ciare permittit, in haec verba erumpens: f) *Est et alibi ab eodem Gregorio, licet paulo obscurius, haec ipsa, qua de agimus, ecclesiastica consuetudo literis consignata, et verbis interiectis Gregorii: Haftenus Gregorius, qui commemorans, stomacho se debilitatum ac languentem recitare ea nullo modo posse, quae notariis iam dictauerat, ipsosque auditores notariis pronunciantibus haud ita attentas aures praebere: designat certe, fuisse interdum homilias suas notariorum voce populo pronunciatas, atque adeo ipsos notarios episcopi partes in concionando suscepisse aliquando ac etiam implese. Id quod Ioannes quoque Diaconus in ipsius Gregorii vita nobis scriptum reliquit etc.* Verum enim vero nos sententiae huic praefidium ascribimus, ex Gregorii prologo homiliarum. Non enim quisquam, nisi omnium rerum expertus, contendere poterit, sermonem fieri ibidem de ciuilibus, quippe res ipsa docet, non ciuilibus, sed ecclesiasticis, negotium hoc fuisse demandatum. Haec dum scribo, memini, notarios debuisse, **CORAM EPISCOPO BACVLVM GERERE, seu VIRGAM.** Idoneum huius rei testem inuenio, **MESSIANVM g)** presbyterum, qui in vita sancti Caesarii episcopi Arclatensis scribens, haec ait: h) *Cum ergo vir Dei Caesarius per eadem loca ad eandem pergeret ecclesiam, clericus, cui cura erat baculum illius portare, quod notariorum officium erat, oblitus est; in quo ministerio inutilis ego seruaebam.* Haftenus Messianus, de hac re nihil nobis dubitationis relinquens. Vnde et **VALESIVS i)** idem docet, et **MABILLONIVS. k)** Ac maior forte illorum erit copia, qui hoc probant, quam qui id opinantur, quod iam assero, notarios **CEREOS TENVISSE.** Sed saxo tamen, vt ne quis inficiari istud audeat, et notariis omnino hoc incubuisse **GREGORII M. euincam testimonio.** Sic autem ille: l) *Et tunc illuminantur duo cerei, quos tenent duo notarii etc.* Quibus, quid clarius hanc in mentem, dici possit, ego equidem non reperio. Sed et hic commemorare necessum habeo, notarios **LITTERAS SCRIPSISSE ORDINATIONIS AC MANVMSSIONIS, SVBSCRIPSISSE AUTEM EPISTOLAS ROM. PONTIF.** De priori momento, nihil est, quod

f) *I. c. lib. 2. c. 3. p. 170. seq.*

g) quem citat. **MABILLON. d. l. lib. 2. c. 13. §. 2.**

h) quae relationi debemus **VALESII** in *annot. in lib. V. Sacr. H. E. c. 22.*

i) *d. l.*

k) *d. l.*

l) *in libro sacramentorum.*

quod dubitemus. Constat enim hoc ipsum ex sanctione illa GREGORII M., qua in pro ordinatione, pallio impetrando, et testimonio scribendo, pecuniam m) soluere vetat. *Antiquam (inquit) n) patrum regulam sequens, nihil unquam de ordinationibus accipiendum esse constituo, neque ex datione pallii, neque ex traditione chartarum, neque ex ea, quam noua, per ambitionem simulatione inuenit, appellatione pastelli.* rationem hanc addens: *Quia enim ordinando episcopo, pontifex manum imponit, euangelicam uero lectionem minister legit, confirmationis uero huius epistolam notarius scribit: sicut pontificem manum non decet, quam imponit, vendere, ita minister uel notarius non debet in ordinatione eius uocem suam uel calamum uendicare.* et ita pergens: *Pro ordinatione ergo uel pallio, seu chartis atque pastello eidem qui ordinandus est uel ordinatus, omnino aliquid dare prohibeo.* Ex quibus praedictis rebus si quis aliquid commodi appellatione exigere uel petere forte praesumpserit, in districto omnipotentis Dei examine reatui subiacebit. Nec minus alterum confirmat GREGORIUS idem M. quando manumissionis paginam, Montanae atque Thomae datam, famulis sanctae romanae ecclesiae, ita concludit: o) *Hanc autem manumissionis paginam Paterio notario scribendam dictauimus etc.* Tandem, quod postremo dixi loco, id dubio itidem caret omni. Sane notissimum hoc est ex GREGORIO M. qui sequentem in modum scribit Vincomali defensori: p) *Hanc autem epistolam Paterio notario ecclesiae nostrae subscribendam dictauimus.* Quotus autem quisque antiquitatis studiosorum est, qui non Gregorii fide hic standum esse iudicet?

§. V. Ceterum mireris, quam varia Gregorius M. curae demandauerit notariorum. Omnia, quae huc pertinent, conuolare nihil attinet: sed, si quid recte iudico, abunde satis fuerit, ea, quae praecipua sunt, tribus, quod aiunt, uerbis subindicare. Illa uidelicet aetate, notarii patrimonii quandoque praeficiebantur; q) a pontifice Cpolin, r) in prouincias, s) uel alio, t) certis

H 2

tis

- m) pretium hoc, *epistola non* uocabatur. n) Vid. *act. conc.* tom. III. p. 3. c. I. o) Vid. *EL. epist.* XII. lib. V. p) *lib. IV. ep. 25.* q) Vid. GREGOR. M. *lib. 2. ep. 27. ind. XI. lib. XI. ep. 23. lib. 12. ep. 30.* r) id quod haud obscurum erit aequa animi lance ponderanti, quod Bonifacius notarius fuerit constantinopolit. vid. GREGOR. M. *lib. XI. ep. 27.* s) v. g. Sardin. *lib. 4. ep. 9. Sicil. id. lib. 8. ep. 22.* t) e. g. ad episc. Rauenn. *id. lib. 2. ep. 54. ind. XI. conf. ei. 1. ep. 55. ind. ei. et Theodelindam reginam. id. lib. 3. ep. 2. 4.*

tis de causis ablegabantur, illique vel redeuntes demum, u) vel litteris x) significabant ea, quae gerebantur, responsalis munere fungentes; y) clerum et populum ad episcopi electionem cohortabantur; z) *episcopos consecrari faciebant*, a) quod idem est, ac si dicas, episcoporum consecrationem, prius, quam fieret, pontificis auctoritate approbant; variis in rebus vel inquisitores b) constituuntur, vel sententiae executores, a iudicibus electis non minus, c) quam a pontifice ipso in alios latae; d) ecclesiae seruiabant commodis; e) monasteria visitabant; f) quae religioni g) aduersabantur vel politicae, h) corrigebant; oppressis, i) et cum egestate conflantibus k) succurrebant; epistolas scribebant pontificum l) etc.

§. VI. Est iam, vt ad ea accedam officia, quibus notarii in conciliis sunt perfuncti. Prius vero, quam id exequar, quo ordine notarii concilia sint ingressi, quemque locum occupauerint in iisdem, paucis exponendum. Post laicos demum, quos diaconi, presbyteri et episcopi antecesserant, intromissos esse quondam disertè docet auctor nescio quis, *ordinis celebrandi concilii*, dum haec verba m) profert; *Hora diei prima ante solis ortum eiciuntur omnes ab ecclesia, obseratisque foribus cunctis ad vnã ianuam, per quam sacerdotes ingredi oportet, ostiarii stabunt: et conuenientes omnes episcopi pariter introibunt, et secundum ordinationis suae tempus residebunt. Post ingressum omnium episcoporum atque confessum vocentur deinde presbyteri, quos causa probauerit introire. nullus se inter eos ingerat diaconorum. postea ingrediuntur diaconi probabiles*

u) ID. lib. 4. ep. 49. lib. 5. ep. 29.
 x) ID. lib. 7. ep. 59. ind. 2.
 y) Illius enim fuisse, acta referre, vt nemo inficiabitur, ita comprobari poterit Sabiniani exemplo, diaconi et responsalis. ID. lib. 4. ep. 34. conf. si. lib. ep. 32. et lib. 7. ep. 7. ind. 1.
 z) ID. lib. 4. ep. 9. 23.
 a) ID. lib. 8. ep. 65. add. lib. 9. ep. 21.
 b) ID. lib. 2. ep. 27. ind. XI. lib. 7. ep. 78. ind. 2.
 c) ID. lib. 2. ep. 34. ind. 10.
 d) ID. lib. 2. ep. 40. ind. XI.
 e) ID. lib. 7. ep. 27. ind. 1. ep. 45. ind. 2. lib. 8. ep. 65. lib. 10. ep. 46. lib. 3. ep. 22. ind. XI.

f) ID. lib. 8. ep. 22.
 g) ID. lib. 9. ep. 47.
 h) ID. lib. XI. ep. 41.
 i) ID. lib. 9. ep. 44. conf. lib. 8. ep. 22. lib. 1. ep. 71. ad Petrum subdiaconum Siciliae data, quem cum Petro notario eundem facit IO. DIACON. in vit. Greg. M. lib. 2. c. 55. p. 37. etc.
 k) ID. lib. 2. ep. 1. ind. 10. conf. lib. 1. ep. 42.
 l) ID. lib. 9. ep. 33.
 m) a ZIEGLERO relata fide Antonii Contii in tr. de diar. c. IX. §. 12. p. 144. seq.

les ---- Deinde ingrediantur laici, qui electione coniugali interesse meruerint. Ingređiantur quoque notarii, quos ad recitandum vel excipiendum ordo requirit, et obserabunt ianuam. Quae licet apertissima sint, quaestio tamen hinc enata est, an iuxta hunc morem concilia antiquitus omnia celebrata sint? Negat id *Seuerinus BINIVS*, qui ordinem hunc defunctum esse dicit ex quarto concilio Toletano c. 4. et lectorem aduertere iubet, non esse generalem hunc ordinem, sed tantum forte seruatum in Toletanis, vel aliis in Hispania celebratis conciliis. Ast *ZIEGLERVS* in diuersam videtur sententiam abire, dum non obitare censet, quod in d. c. 4. similis aliqua descriptio inueniatur, monens, multo breuiorem et concisorem eam esse, nec statui certe posse, primitus eam in dicto concilio fuisse adornatam, cum saepe ad verbum repetat concilium posterius, quod ab anteriore aliquo statutum fuit. Nos his missis, solliciti potius sumus de capite, cuius mentionem fecimus, altero. Est vir doctissimus, qui statuit notarios iuxta atque laicos extra *βήμα* constituisse, et auctorem huius rei *Isidorum* esse adfirmat. Neque plurimis de nihilo esse videbitur haec sententia. Interim in medio illam relinquo, at non dissimulo, seculo IX. post Christum natum ad episcoporum latus notarios quosdam in conciliis sedisse. Documento nobis esse possunt episcoporum verba, quibus in praefatione vtuntur in synodum Moguntiae habitam in monasterio S. Albani anno 813. n) Incipientes igitur in nomine Domini, communi consensu et voluntate tractare pariter de statu verae religionis, ac de vilitate et profectu christianae plebis, conuenit nobis, de nostro communi collegio clericorum seu laicorum treis facere turmas, sicut et fecimus. In prima autem turma confederunt episcopi cum quibusdam notariis, legentes atque tractantes sanctum euangelium etc. Quibus gemina sunt, quae in actis leguntur concil. Mogunt. sub Gregorio IV. A. D. 834. celebrati: o) Conuenit inter nos de nostro communi collegio clericorum atque monachorum duas facere turmas, sicut et fecimus: ita vt in vna turma considerent episcopi cum quibusdam notariis, legentes atque perscrutantes sanctum euangelium etc.

§. VII. Diutius hifce immorari haud licet, cum tempus sit, vt ad officia ipsa deueniam. Et profecto vastus sese mihi et

H 3

amplius

n) Vid. act. conc. tom. III. p. 694.

o) act. conc. tom. III. p. 832. c. 2.

amplius hic ad dicendum campus aperit, si laxatis habenis excurrere vellem. Sed quemadmodum omnia referre instituto nostro repugnat, ita ut, quae momenti alicuius sunt, paucis indicem, illius exigit ratio. Quare dicenda in assertiones aliquas includere pergo citra verborum ambitum a me confirmandas. SERMONIS INTERDVM INITIVM FACIEBANT. Notanter dixi *interdum*, qui non sum nescius, episcopos etiam aliosque viros, tum ecclesiasticos, tum ciuiles primum fuisse locutos in iisdem. Testantur ea de re abunde concilii chalcedonenſis oecumenici IV. p) romani item quarti anno 502. congregati, q) constantinopolitani III. generalis VI. r) et aliorum acta. Neque vicissitudinem hanc mirabitur is, qui animo secum voluit, moris equidem hodie esse, ut syndicus in conuentibus prouincialibus verba faciat, neque tamen obſtare hoc, quo minus vel dignitate praecipuus, vel alii quandoque isto fungantur munere. Quod uti quemuſ experientia docet, ita id, quod de notariis aſſerimus ante, tam certum est, quam quod certissimum. Et sane, si quis est, qui in dubium id vocare audeat, parum abest, quin ipse ne inſpexiſſe quidem se fateatur, acta concilii ephesini prioris et posterioris, chalcedonenſis, constantinopolitani anno 536. habiti, hieroſolymitani ſub Petro acti, Mopſueſteni, oecumenici V. constantinopolitani, Lateranenſis et constantinopolitani VI. In concilio enim ephesino, eoque oecumenico Petrus presbyter Alexandrinus et notatorum primicerius simulac episcopi confederunt, rationem tangit, quae Cyrillo et Coeleſtino, cum Neſtorio interceſſerat, dum ita inſit: s) *Cum religioſiſſimus Neſtorius ſanctae constantinopolitanae eccleſiae episcopus nuper eſſet creatus, diesque ab illius creatione fluxiſſent non admodum multi, mox nonnullae illius exegeſes ex vrbe constantinopolitana a quibusdam allatae ſunt, quae eiusmodi erant, ut et lectorem perturbarent, et non exiguum in ſancta eccleſia tumultum concitarent. Hoc autem cum Cyrillus piſſimus Alexandrinorum episcopus reſciuiſſet, conſeſſim vnā ac alteram item epistolam ſuaſionis et exhortationis plenam ad illum exarauit. Ad quas ille reſpondens, abnuſit omnia, apertoque Marte paraeneticis ad ſe miſſis repugnat:*

p) vid. *aſ. conc.* tom. 2. p. 133.

c. 2.

q) *aſ. conc.* tom. 2. p. 473. c. 1.

r) *aſ. conc.* tom. 3. p. 238. c. 1.

s) *aſ. conc.* tom. 1. p. 985. ſeq. conf. tom. 1. p. 1025. tom. 2. p. 201. c. 1. p. 988. c. 2.

repugnat: Porro cum religiosissimus episcopus Cyrillus didicisset, non literas tantum, sed suarum quoque exegesum libellos Romam misisse; et ipse quoque Posidonium diaconum suum ad Coelestinum piissimum romanae ecclesiae episcopum cum literis, et eiusmodi mandato misit: si literas et expositionum illius codices redditos compereris, et tu quoque meas literas redde. Sin autem, ne reddas, sed huc referas. Posidonius ergo cum comperisset, tam epistolas, quam exeges illius Coelestino fuisse exhibitas, compulsus est ipse quoque, quas ferebat, exhibere. Coelestinus porro ea, quae oportebat, perspicua rescripsit. Cum igitur regio diuinoque nutu sacra vestra synodus concordiam animumque consensu in hunc locum coierit, non potuimus non indicare etc. In posteriori ephesino, latrociniali dicto, Ioannes presbyter et primicerius notariorum primus omnium fari incipit in hunc modum: t) Placuit et nunc piissimis et christianissimis imperatoribus nostris sancire, sanctum et magnam vestram synodum huc concurrere, quatenus, quae nuper emerferunt de catholica et immaculata nostra fide, quaerantur, et ea radicitus euellantur: ut ne forte trabentia et retrabentia, simplicissimos aliquos in foueam perfidiae, et erroris impingant, quia tanta eis est de pietate sollicitudo: et ut ea custodiantur in perpetuum inconcussa, et immaculata, quae de orthodoxa religione nostra pridem quidem a beatissimis patribus, qui in Nicaea conuenerunt, sunt exposita: confirmata autem nuper a patribus, qui in hac ciuitate congregati sunt, qui tantum schismate inuicem consenserunt, et consenserunt, ut nihil omnino aut saperent, aut dissimirent diuersum. Et prae manibus nostris sunt venerabiles literae. et haec ipsa intimamus ad id, quod placuerit vestrae sanctitati. In chalcedonensis actione tertia Aetius occurrit archidiaconus regiae constantinopolitanae nouae urbis romae, et primicerius notariorum, qui confidentibus omnibus dicit: u) Retinet vestra sanctitas, quoniam pridem lectis precibus, quae et piissimis et christianissimis imperatoribus nostris a religiosiss. episcopo Dorylitanae ciuitatis Eusebio, aduersus religiosiss. episcopum Alexandriae Dioscorum porrectae sunt: certa gesta monumentorum subsecuta sunt, praesente hoc sancto concilio, et gloriosiss. et magnificentiiss. iudicibus et ampliss. et gloriosiss. senatu examinantibus inter utrasque causam usque profundasse (nota in margine adiecta est haec: for. profunde) ad ultimam vesperam. Quoniam igitur idem

t) act. conc. tom. 2. p. 141. c. 1.

u) act. conc. tom. 2. p. 229. seq.

religiosissimus episcopus Eusebius, et nunc alios libellos vestrae sanctitati obtulit, aduersus memoratum sanctissimum episcopum Dioscorum hos prae manibus habentes, intimamus ad id faciendum, quod vobis placuerit. In concil. constantinopol. anno 536. celebrato, Euphemius se sedit venerabilis diaconus et primicerius notariorum. Ille enim priusquam quis loqueretur, in actione I. venerabiles monachos vna cum ciuibus quibusdam et Hierosolymitanis adesse indicat, introitum expetentes in concilium: x) in actione II. sanctam synodum iussu antea imperatoris conuenisse dicit, et in memoriam reuocat, quae in priori sessione acta. subdens, monachos, vt intromitterentur, vehementer petere: y) in actione III. repetit non minus, quae in duabus prioribus sessionibus acta, quam indicat monachorum praesentiam intromitti postulantium: z) in actione IV. acta itidem repetens, et quousque res aduersus Anthimum processerit, exponens, more solito addit, monachos adesse introitum petentes. a) In concilio Hierosolymitano A. D. 536. sub Petro habito, Elifaeum inuenimus diaconum et notarium sanctissimi patriarchae, qui principio loquens, legem non solum dimissam dicit, sed et causam memorat, ob quam adesse iussus, imo sanctissimos monachos praesentes esse significat, qui constantinopolin abierant, iam vero reuersi, in votis vnice habebant, vt qui concilii praeses et assessores erant, facultatem darent ingrediendi illud. b) In synodo Mopsuestena A. D. 550. congregata, Iulianum diaconum et notarium eundem videmus seruasse morem, quando primum iussisse meminit imperatorem, vt synodus conueniret in causa Theodori, facti olim Mopsuestenae ciuitatis episcopi: Dein addit Ioannem metropolitanum, a Marthanio viro magifico iussione hac transmissa, litteras confestim ad reliquos dedisse episcopos; denique subiungit episcopos omnes, clericos, aliosque adesse, et in manibus esse vtramque iussionem. c) In concilio oecumenico constantinopolitano II. Diodorum deprehendimus archidiaconum et primicerium notariorum, qui ab initio statim in actione I. citra ambages indicat Theodorum adesse: d) in actione II. synodum meminisse dicit gestorum ante: e) in actione III.

x) *act. conc. tom. 2. p. 579.*

y) *act. conc. tom. 2. p. 639. c. I.*

z) *act. conc. tom. 2. p. 642. c. I.*

a) *act. conc. tom. 2. p. 646. c. I.*

b) *act. conc. tom. 2. p. 624. c. I.*

c) *act. conc. tom. 2. p. 722. c. I.*

d) *act. conc. tom. 2. p. 671. c. I.*

e) *act. conc. tom. 2. p. 677. c. 2.*

III. mentionem facit decreti hesterni de hodierna congregatio-
 ne: f) in actione IV. anteriore die constitutum fuisse monet a
 concilio, vt de tribus proxime ageretur capitulis: g) in actione
 V. iussisse antea concilium refert, vt alio die recitarentur ea, quae
 de Theodoro sancti patres dixere, et imperialibus legibus, et hi-
 storiciis conscriptis continentur: h) in actione VI. praecedenti
 die patres memorat decreuisse, vt alio die examinaretur Ibae capi-
 tulum: i) in actione VII. synodum promississe meminit, altero
 die, quae agenda sunt, examinare: k) in actione VIII, post-
 quam recensuerat ea, quae acta hactenus fuerant contra Theodo-
 rum, Theodoretum et Ibam, in memoriam patribus reuocat id,
 quod in praecedenti sessione perfectam et synodalem sententiam
 imponere examinatis decreuissent. l) In concilio Lateranensi sub
 Martino, Theophylactus primus notariorum apostolicae sedis, vt
 confederunt praesentes, orationem habet prolixiorum paulo, quae
 ab initio ita sonat: m) *penetrantem coelos Iesum in omni verbo et
 opere, vt concedet, imitando vestra veneranda beatitudo, congregauit
 ad se sanctos eius sacerdotes, ordinantes testamentum eius super sa-
 crificium immaculatum in odorem spiritualis suauitatis, propter com-
 mentatam nouitatis adinventionem, quae vtiq; incognita eis non
 est, sicuti nec alii cuiquam, in quo zelus pietatis consistit etc.* In
 concilio VI. constantinopolitano offert sese nobis Constantinus
 diaconus sanctissimae Dei catholicae et apostolicae magnae eccle-
 siae, et primicerius notariorum Georgii sanctissimi archiepiscopi
 constantinopol. vna cum Theodoro diacono itidem ecclesiae mag-
 nae, et notariorum Georgii primicerio. Ille tum ea, quae in
 prioribus sessionibus acta, tum quae agenda adhuc erant, indicat
 in concilii modo memorati actione nona, qua in et episcopos,
 aliosque adesse memorat, qui concilium ingredi desiderabant, n)
 decima o) quoque, vndecima, p) duodecima, q) decima ter-
 tia, r) et decima quarta. s) Hic illius vestigijs insitit in praee-
 dicti concilii actione XV, t) qua in illos etiam, quos in praeterito

- f) *act. conc. tom. 2. p. 681. c. 2.*
 g) *act. conc. tom. 2. p. 684. c. 1.*
 h) *act. conc. tom. 2. p. 699. c. 1.*
 i) *act. conc. tom. 2. p. 733. c. 1.*
 k) *act. conc. tom. 2. p. 759. c. 1.*
 l) *act. conc. tom. 2. p. 768. c. 2.*
 m) *act. conc. tom. 3. p. 89. c. 2.*

- n) *act. conc. tom. 3. p. 282. c. 1.*
 o) *tom. 3. p. 284. c. 2.*
 p) *tom. 3. p. 304. c. 1.*
 q) *tom. 3. p. 321. c. 1. 2.*
 r) *tom. 3. p. 329. c. 2.*
 s) *tom. 3. p. 338. c. 2.*
 t) *tom. 3. p. 344.*

rito conuentu adesse voluerant, prae velo assistere denuntiat, et actione XVII. u) Namque in actione XVI. Constantini presbyteri praesentiam notam duntaxat facit, x) et in act. XVIII. imperatoris laudes postquam tetigit, breui sollicitudinem exponit concilii de fide, ac definitionem in praecedenti conuentu editam prae manibus se habere significat. y) Quae omnia ita comparata sunt, vt quod intendimus, facili negotio confici inde possit. Nec audiendus, qui notarios memoratos, eatenus haec et talia peregisse putat, quatenus vel archidiaconi fuerunt, vel diaconi. Illorum enim, vt dein videbimus, non horum erat submonere in concilio, quod vt plurimum, quando sermonis initium faciebant, praestitisse illos, nemo, mea quidem opinione, inficias ibit. Nihil autem meliori iure considerandum hic venit, dum de notariis primum loquentibus verba fecimus, quam locus, quo in confituti, oratores egisse videntur. Medium illum concilii fuisse, ex Elisaei exemplo haud difficulter euincitur, quo de in actis: z) *Elisaeus diaconus et notarius ipsius sanctissimi patriarchae (Hierosolymitani puta, cuius nomen erat, Petrus) ad medium veniens dixit.* Et verbis eiusdem, patriarchae item ac synodi interiectis, *Elisaeus diaconus et notarius in medio stans dixit.* Sed nec istud praetermittendum est, cum dicta, quae recensuimus, a notariis, obsignata plerumque esse formulis, quas subnecto: a) *et haec ipsa intimamus ad id quod placuerit vestrae sanctitati; subuicimus ad notitiam;* et peruulgata illa, *sugerimus ad quod placuerit;* tum Aetium archidiaconum regnantis constantinopolitanae nouae romae et primicerium notariorum, actionem primam concilii chalcedonenfis dicto terminasse, *completum est.* b)

§. VIII. VARIA SVGGEREBANT, quae scitu vel necessaria erant, vel vtilia. Quod vt credam persuadent illa, quae in conciliorum actis obseruaui, quaeque hoc in loco sistere vtique iuuabit. In concilio constantinopolitano I. A. C. 448. habito, notarii non solum indicant a Flauiano ante hoc presbyterum et defensorem Iohannem, et diaconum Andream ad Eutychem archimandritam in mandra Byzantina, ablegatos esse, c) sed et Flavianus

u) tom. 3. p. 349. c. 2.

x) tom. 3. p. 347. c. 2.

y) tom. 3. p. 357.

z) vid. act. conc. tom. 2. p. 624. c.

i. er. 2.

a) nec ante synodum ~~synodum~~ ephesin. adhibitas esse reperi.

b) act. conc. tom. 2. p. 226. c. 1.

c) act. conc. tom. 2. p. 163. c. 1.

uanus ipse praefes huius concilii, cui assessores erant XXXII. episcopi, cognoscit ex illis nomina eorum, qui ad monasteria ciuitatis ideo directi erant, quo rescirent, an Eutyches ad illa totum quoque ad subscribendum dixerit, nec ne. d) In Berytensi synodo in causa Ibae Edeseni episcopi habita, notarii episcopis interpretem quendam postulantes Maram adesse inuunt, qui interpretari possit. e) In concilio ephesino, quod praedatorium vocant, Ioannes presbyter et primicerius notariorum Dioscorum episcopum Alexandriae instruit quaerentem de Aetherici episcopi Smyrnae dictis, dum hocce dat responsum: *Falsum repraebendit.* f) In concilio chalcedonensi oecumenico IV. Constantinum, Aetium, aliosque offendimus suggerentes. Constantinus, (vt ad ea descendam, quae hic commemoranda veniunt,) deuotissimus a secretis sacri consistorii, in actione I. praelecta a se epistola diuae memoriae Theodosii et Valentiniani imperatoris ad Dioscorum Alexandriae episcopum, eodem tenore addit scriptum esse et aliis episcopis, vt in synodum conuenirent. g) Aetius archidiaconus et primicerius notariorum, in actione I. Leonis epistolam, quam ad synodum ephesinam dederat, neutiquam lectam esse monet, quam primum mentio illius iniicitur in lectione eorum, quae ephesi erant acta: h) in actione III. iam antea quosdam ad Dioscorum fuisse missos, Eusebio episcopo, qui illum vocandum depoposcerat, denuntiat non minus, quam responsum ipsum Dioscori, i) quem Epiphanium et Helpidium presbyteros basilicam circumeuntes, quaesuisse Paschasino iubente, paulo post memorat: k) in actione XI. posteaquam gloriosissimi iudices quaesierant, vbinam ordinandus esset episcopus ephesinae ecclesiae Bassiano et Stephano tanquam indignis subrogandus, Leontius vero episcopus Magnesiae retulerat a sancto Timotheo vsque nunc viginti septem episcopos factos, omnes in epheso fuisse ordinatos, Basilium vero solum violenter chalcedone factum, multasque inde caedes esse ortas, et Castinum refert ibidem, quo sciant patres, ordinatum fuisse quondam. l) Nec procul hinc abeunt verba illa eiusdem Aetii, quae hic non possumus nos transcribere:

I 2

d) *act. conc. tom. 2. 167. c. 2.*e) *act. conc. tom. 2. p. 295. c. 2.*f) *act. conc. tom. 2. p. 161. c. 1.*g) *act. conc. tom. 2. p. 136. c. 1. 2.*h) *act. conc. tom. 2. p. 141. c. 2.*i) *act. conc. tom. 2. p. 230. c. 2.*k) *act. conc. tom. 2. p. 230. c. 2.*l) *act. conc. tom. 2. p. 310. c. 1.*

bere: m) *Regula est haec cum aliis posita a sanctis patribus, quam custodientes sanctissimi patres episcopi, docent et clericos, et monachos, et omnes Christum colentes, si autem inueniant aut insultantes, aut acquiescere non volentes, hac utuntur regula. Et ex codice relegit haec: de clericis et monachis, qui semetipsos a communione suspendunt etc.* Alios autem qui nominauit, eos intelligo notarios, qui in actione XV. declarare iubentur, quomodo Bassianus ab episcopatu ephesino remotus, Stephanus vero euectus ad illum. n) In concilio constantinopolitano, quia mandatum ita erat a Memna praefide illius, dierum, qui praeterierant post synodum secundo ordine factam, significationem dant notarii et rationem, cur sententia Anthimum concernens dilationem determinet decem dierum, proclamatio apposita vero sex tantum dierum det terminum. o) In concilio constantinopolitani oecumenici II. sessione V. Diodorus archidiaconus et primicerius notariorum ea exponit, quae obiciebantur a quibusdam contra Theodori damnationem, dicentibus, laudari eum a Cyrillo et Gregorio Nazianzeno. p) In concilio Lateranensi A. D. 649. celebr. Theophylactus primicerius notariorum apostolicae sedis, in scrinio ecclesiae adseruari inculcat, plurimas supplicum suggestiones, propter nouitatem Cyri et Sergii, apostolicam sedem postulantium, pergens ita: q) *perro si placet vestrae beatitudini aliquas de praefatis suggestionibus intimare gestis synodaliter, quae ab ea nunc celebrantur, ad ampliorum ostensionem fraudulentae immutationis paternarum institutionum, ab aduersariis praesumenter expositae, propter quam etiam diuersi querelas contra eos deposuisse noscuntur, quae praecipit, edisserat, litteras item Victoris praefulus charchagin. ad Theodorum papam datas r) et alias, quae pro confirmatione ecclieseos confectae. s) Haec, qui cum asserto nostro conferet, probe illud stabilire facile animaduertet. Nihil tamen secius aliis agam argumentis et qui rem inproptulo positam, et omnium oculis patentem impugnare audent, refellam. Alterum ex verbis peto Martini episcopi romani: t) *Offerantur ergo secundum pie complacitam omnibus nobis consequentiam per eos, quorum interest, siue**

m) vid. *act. conc. tom. 2. p. 270. c. 1.*

n) *act. conc. tom. 2. p. 308. c. 1. p. 309. c. 1. p. 390. c. 2.*

o) *act. conc. tom. 2. p. 648. c. 2.*

p) *act. conc. tom. 2. p. 710. c. 2.*

q) *act. conc. tom. 3. p. 103. c. 1.*

r) *act. conc. tom. 3. p. 112. c. 1. 2.*

s) *act. conc. tom. 3. p. 127. c. 2.*

t) *act. conc. tom. 3. p. 96. c. 2.*

de nostro venerabili serinio, dilectissimum primicerium et notarios querulantium denominatos temeratores cum omni reuerentia secundum ordinem submonitio. Quae quemadmodum id, quod diximus, factis firmare arbitror, ita illa in subsidium vocari queunt, quae alibi leguntur: u) Martinus -- dixit: iuxta precepcionem commemorantis dilectissimi fratris nostri Benedicti episcopi, Cyri quondam Alexandrini antistitis nouem capitula, cum epistola Sergii constantinopolitani episcopi, in qua in his enim (in margine leg. aut in quibus eum) recipere per consonantiam suam ostenditur, hi quibus interest, gestis inferenda deducere procurent. Theophylactus primicerius notariorum sanctae apostolicae sedis, dixit: Iuxta iussionem sanctitatis atque beatitudinis vestrae, chartulas, quas iussistis insinuari, afferens prae manibus habeo: quid praecipitis? Alterum, idque non contemnendum, quod notarii, ut alia taceam momenta, scripta indicauerint, quae in manibus habebant, et horum modo, modo illorum praesentiam denuntiauerint. Hoc enim quid aliud est, quam suggerere? Illud autem a veritate neutiquam abhorre, manifestum fiet, quando de vnoquoque facto distincte dicemus certis de causis. Prius vero, quam id facere instituiam, obseruo, formulam suggestionis, quam superius in medium attuli, et hic adhibitam fuisse, nec ad diuersa suggerendum vnam eandemque semper notariis fuisse occasionem. Scilicet vel suapte sponte, vel concilii demum iussu dicenda subiecerunt.

§. IX. SCRIPTORVM INDICIVM FACIEBANT, QVAE IN MANIBVS HABEBANT, QVAEQVE AD REM PRAESENTEM OMNINO FACERE VIDEBANTVR. Quibus dictis, ut fidem faciam, manifesta, huius rei vestigia, quae in conciliis deprehendi, indicabo. In concilio Ephesino i. Petrus presbyter alexandrinus et notariorum primicerius, Cyrilli alexandrini, et Coelestini romani episcopi, litteras, x) codices porro sanctissimorum patrum, episcoporum, diuersorumque martyrum, y) Nestorii blasphemiarum commentarios. z) fidei definitionem a synodo Nicaena propositam, a) et sanctorum patrum codices

u) act. conc. tom. 3. p. 120. c. 1. 2.

y) act. conc. tom. 1. p. 1002. c. 1. tom. 2. p. 201. c. 2.

x) act. conc. tom. 1. p. 985. seq. p. 988. c. 2. p. 1000. c. 1.

z) act. conc. tom. 1. p. 1005. c. 1.

a) act. conc. tom. 1. p. 1025.

codices b) in promptu se habere admonet. In concilio pseudo-ephesino Ioannes prebyter et primicerius notariorum ad manus, subiicit, sibi esse litteras quasdam, c) nec non libellum, quem clerici obtulerant et monachi monasterii, quod sub Eutyche erat. d) In concilio chalcedonensi oecum. IV. Aetius archidiaconus regiae Constantinopolitanae nouae vrbis romae, et primicerius notariorum, in manibus se tenere refert libellos, quos Eusebius episcopus obtulerat, aduersus episcopum Dioscorum, e) vt et definitionem fidei a concilio chalcedonensi propositam, f) ac Cyrilli epistolam cum ad Nestorium tum ad Ioannem antiochenum episcopum scriptam. g) In concilio Hierosolymitano anno 536. congregato, Elifaeus diaconus et notarius, patribus, qui praelecta lege imperatoris et epistola Mennae, edoceri volebant ea, quae in regia vrbe facta, et synodaliter sententiata, notum facit, ad manus sibi esse et acta, quae Mennas miserat, quaeque facta in depositione Anthimi, et in anathematismo Seueri, Petri et Zoarae. h) In synodo Mopsuestena celebrata anno Christi 550. Iulianus diaconus et notarius vtramque iussionem imperatoris Iustiniiani, habere se indicat. i) In concilio Constantinopolitano oecumenico II. Diodorus primicerius notariorum et archidiaconus prae manibus se habere dicit scripta quaedam Theodorum concernentia, k) electa praeterea ad quaestionem pertinentia de condemnatione haereticorum post mortem, l) ac gesta, quae Mopsuestinae confecta, ostendunt, anterioribus temporibus nomen Theodori sacris diptychis eiectum esse. m) In concilio Lateranensi sub Mart. I. Theophylactus primus notar. apostolicae sedis, adesse indicit Sergii suggestionem, n) prouinciae etiam Africanae, Theodoro Papae missam, o) et alias duas (litteras sc. Africanorum episcoporum ad serenissimum principem et Paulum episcopum constantinopolitanum) ex serinio depromens, attulerat, p) nec non Victoris praefulis charthaginensis episcopalam synodicam ad Theo-

b) t. I. p. 1026. c. I.
 c) *act. conc.* tom. 2. p. 141. c. I. 2.
 p. 142. c. I.
 d) tom. 2. p. 198. c. I.
 e) tom. 2. p. 230. c. 2.
 f) tom. 2. p. 283. c. I.
 g) *act. conc.* tom. 2. p. 228. c. I.
 h) *act. conc.* tom. 2. p. 625. c. I.

i) *act. conc.* tom. 2. p. 722. c. I.
 k) *act. conc.* tom. 2. p. 699. c. I.
 l) *act. conc.* tom. 2. p. 713. c. I.
 m) *act. conc.* tom. 2. p. 720. c. 2.
 n) *act. conc.* tom. 3. p. 103. c. 2.
 o) *act. conc.* tom. 3. p. 105. c. I.
 p) *act. conc.* tom. 3. p. 106. c. 2.

Theodorum datam, q) codicem Theodori Pharanitae quondam episcopi, r) chartulas, quas Martinus insinuari iusserat, puta no-
uem capitula Cyri alexandr. antistitis, et epistolam Sergii Con-
stantinopolitani episcopi, s) ac denique imperatoris ectheſin. t)
In concilio nicaeno H. Cosmas memorat notarius et cubicularius,
ab Adriano litteras esse missas ad Tharasiū. u) Et Constantinus
in manibus se gestare dicit quaterniones ab Oriente missos. x)
Quod si nunc ex me quaerat aliquis, cui fini notarii scripta indi-
cauerint, illi responsum volo, ideo factum id esse, quo ex ordine
cuncta fierent, y) et concilii assessores de lectione illorum suam
explicarent mentem. z)

§. X. PRAESENTIAM SIGNIFICABANT DIVERSORVM.
Id, quod dixi, veritati conuenire, vel exinde colligitur, quod
Flavianus concilii constantinopolitani praefes, notariis hunc labo-
rem iniunxisse legatur. Verba, quae huc spectant, sunt sequen-
tia. a) *Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Dicant religio-
sissimi notarii, si diaconus, qui adesse solet venerando episcopo Basilio,
qui et a reuerendo presbytero et defensore Ioanne commemoratus
est, hic praesens est. Notarii dixerunt: Adest diaconus, qui adesse
solet reuerendo episcopo Basilio, qui et vestrae confidet sanctitati. ---
Flavianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Dicant notarii, si supra
dicti reuerendissimi presbyteri in praesenti sunt. Notarii dixerunt:
Adest quidem reuerend. Theophilus presbyter, reuerendus vero Ma-
mas presbyter absens est.* b) Sed et alia exempla, nobis praesto
sunt. Sic Aetius c) diaconus et notarius, postea archidiaconus
et primicerius notariorum adesse nunciat in concilio antea memo-
rato constantinopolitano presbyteros Mamam et Theophilum. d)
Memnonem quoque sacrorum vasorum custodem, et Epiphanium
et Germanum diaconum e) ad Eutychem missos; et in concilio
chalce-

q) *act. conc. tom. 3. p. 112. c. 1.*
r) *act. conc. tom. 3. p. 117. c. 1.*
s) *act. conc. tom. 3. p. 120. c. 2.*
t) *act. conc. tom. 3. p. 126. c. 1.*
u) *act. conc. tom. 3. p. 478. c. 1.*
x) *act. conc. tom. 3. p. 488. c. 2.*
y) *conf. act. conc. tom. 3. p. 96.*
c. 2.
z) *act. conc. tom. 2. p. 141. c. 1.*
p. 198. c. 1. p. 239. c. 2.

a) *act. conc. tom. 2. p. 163. c. 2.*
b) *act. conc. tom. 2. p. 168. c. 2. p.*
169. c. 1. add. p. 164. c. 2.
c) ne dicam de Asclepiade diacono
et notario. *act. conc. tom. 2. p.*
166. c. 1.
d) *act. conc. tom. 2. p. 164. c. 2.*
e) *act. conc. tom. 2. p. 166. c. 2.*

chalcedonensi oecumenico quarto clericos, a quibus oblati erant libri; f) ac episcopus illos, qui tertia vice Dioscorum citauerant episcopum alexandrinum. g) Sic Euphemius diaconus et primicerius notariorum in concilio constantinopolitano sub Menna habito, monachos quosdam regiae urbis, qui vna cum aliis ex ciuibus suis et hierosolymitanis supplicationes dederant et libellos, ante secretum memorat adfate. h) Sic Elisaeus diaconus et notarius in concilio hierosolymitano A. D. 536. congregato, in medio stans, archimandritas et monachos, quos patriarcha Petrus et synodus hierosolymitana aduocari iusserat, praesentes esse innuit. i) Sic Diodorus archidiaconus et primicerius notariorum in concilio oecum. II. praesto suggerit esse, Theodorum virum spectabilem silentiarium quem imperator destinauerat, k) et gloriosissimos iudices, qui vna cum episcopis ad Vigilium erant missi. l) Sic denique Theophylactus primus notariorum apostolicae sedis, in concilio Lateranensi A. D. 649. congregato postquam Martinus iusserat, vt submonitio fieret per eos, quorum interest, Stephanum episcopum Dorenses, m) et libello, quem Stephanus obtulerat, praesto, de eoque verbis a Martino factis, abbates plurimos, presbyteros et monachos graecos, prae foribus adfate nunciat. n) Quo loco facere non possum, quin addam, ex dictis omnibus intelligere pronum esse, non eorum modo praesentiam indicare debuisse notarios, qui concilium ingredi volebant, verum illorum etiam, qui vel concilli iussu aduocati forsitan, vel non aduocati, concilio tamen id in optatis habente, fortuito comparebant.

§. XI. SCRIPTA AFFEREBANT PRAELEGENDA. Non commemoro in praesenti, (ne actum agam) id, quod assumpsimus, probari posse ex locis iam antea citatis, o) quando notarios vidimus scriptorum indicium facientes. Sed illa explicabo; quae nondum attingi, quaeque dicto tamen fidem firmam, nec facile in dubium vocandam, conciliant. Nempe p) Theophylactus illud

f) *act. conc. tom. 2. p. 233. c. 2.*

g) *act. conc. tom. 2. p. 240. c. 1.*

h) *act. conc. tom. 2. p. 579. c. 2.*

i) *act. conc. tom. 2. p. 624. c. 2.*

k) *act. conc. tom. 2. p. 671. c. 1.*

l) *act. conc. tom. 2. p. 678. c. 2.*

m) *act. conc. tom. 3. p. 96. c. 2.*

n) *act. conc. tom. 3. p. 100. c. 2.*

o) *act. conc. tom. 3. p. 103. c. 2. p. 106. c. 2. p. 112. c. 1. p. 117. c. 1. p. 120. c. 2.*

p) Tacemus in concilio constantinopolitano oecum. II. notariis iniungi, vt scripta ex Theodori codicibus proferant.

illud docet, primicerius notariorum sanctae apostolicae sedis, qui in concilio Lateranensi A. C. 649. hab. quo praelegantur, offert codicem beati Dionysii, q) Themistii capitula a Martino requisita, r) ecthesin ad nomen quondam Heraclii factam, s) Sergii et Pyrrhi monumenta cum epistola Cyri alexandrinae ciuitatis episcopi, t) Pauli epistolam episcopi constantinopoleos, et exemplar typi persuasione eiusdem Pauli expositi, u) reuerendissimas sanctarum quinque vniuersalium synodorum definitiones, vel venerandas praedicaciones earum, siue decreta, x) codicem venerandi quinti concilii, y) testimonia sanctorum patrum, quibus orthodoxam fidem exponunt in destructionem omnium haeresium, z) et de codicibus haeticorum excepta. a) Cui et illud accedit, quod Martinus episcopus romanus cuncta haec scripta ab iis afferri iusserit, quorum intererat, Theophylactus autem imperata nunquam non fecerit. Denique in mentem veniunt, quae in actis legimus concilii nicaeni II. b) *Constantinus venerandus diaconus et notarius, ait: Quandoquidem iubetis, vt de consuetudine ea, qua ab haeticis quidam ordinantur, legamus; ecce vobis libros, vt si iusseritis, legantur.* Dum in his autem sumus, praetermittendum non est, quod traditur, notarios archiua ecclesiastica custodiuisse. Ac ego quidem existimo, constare inter omnes, notarios patriarchicos in ecclesia graeca charthophylacibus inseruisse, quippe hoc ex sancito apparet Nicolai patriarchae, quod Alexii patriarchae verbis prolatis, *ει και δεησαι γενεσθαι, τη ημων αναφερον μετριότητι η και τω θεοφιλεσάτω χαρτοφύλακι, και τοις περι αυτον ευλαβεσάτοις διακόνοις και πατριαρχικοις νοταριοις,* MEVERSIUS ita refert: c) *ἐντελλόμενοι τοῖς τε κατὰ καιρὸς χαρτοφύλαξι. και τοῖς ἀμφ' αυτας νοταριοις, ἀδραυσον τὸν παρόντα τύπον διατηρεῖν;* chartas rem praesentem concernentes a notariis esse requisitas; d) et Theophylactum scripta

ex

proferant. *act. conc. tom. 2. p. 684.*

c. 2.

q) *act. conc. tom. 3. p. 122. c. 1.*r) *act. conc. tom. 3. p. 123. c. 1.*s) *act. conc. tom. 3. p. 126. c. 1.*t) *act. conc. tom. 3. p. 128. c. 1.*

conf. tom. 3. p. 220. c. 2.

u) *act. conc. tom. 3. p. 134. c. 2.*

conf. p. 137. c. 2.

x) *act. conc. tom. 3. p. 140. c. 1.*y) *act. conc. tom. 3. p. 149. c. 1.*z) *act. conc. tom. 3. p. 149. c. 2.*a) *act. conc. tom. 3. p. 160. c. 2.*b) *act. conc. tom. 3. p. 467. c. 2.*c) in *gl. off. gr. barb. sub v. νοται, νοτάριοις.*

d) quod testimonio non indiget. In-

terim vid. *act. conc. tom. 2. p. 199. c.*

2. p. 594. c. 1.

K

ex scrinio se depromisse dilucide quandoque testari, e) imo quam optime non solum sciuisse notarios, quaenam scripta in scrinio adseruarentur, nec ne, sed in manibus etiam quam saepissime tenuisse ea, quae instituto conuenire videbantur. f) Quae omnia cum inuuant intentissimam chartarum curam, nullum quoque est dubium, quin ipsis scriniis, seu archiuis praefecti fuerint ecclesiasticis.

§. XII. ACTA g) NON SOLVM LEGEBANT, VERVM ET SCRIBEBANT. Auctor namque descriptionis antiquae, quae *ordo celebrandi concilii* vulgo appellatur, ita hac de re loquitur: *ingrediantur quoque notarii, quos ad recitandum, vel excipiendum ordo requirit.* h) Quod satis arguit, verum me dixisse. Ast ne a legibus recedamus, quas ipsi nobis dedimus de vtroque capite ea in lucem producemus, quae conciliorum suppeditant monumenta, demonstrantes primum hoc pacto lectionem notariorum. In concilio Teleni Hispanico A. D. 417. habito, Priuatus notarius epistolam legit venerabilis memoriae Siricii. i) In concilio Africano A. D. 424. congregato, Laetus notarius recitasse legitur: k) *Ab vniuersis episcopis dictum est: omnibus placet et omnes hac subscriptione nostra firmabimus. Petimus etiam, vt epistolis ad iudices de concilio mittendis, pro omnibus subscribat sanctus tua. Aurelius episcopus dixit; si videtur charitati vestrae, forma conventionis eorum recitetur, vt hunc tenorem prosecutionis omnes (si placuerit) teneamus. Ab vniuersis episcopis dictum est: Recitetur. Laetus notarius recitauit.* In concilio ephesino oecum. III. Petrus ecclesiae alexandrinae presbyter, et primicerius notariorum edictum legit imperatorum, Theodosii et Valentiniani, ad omnes omnino metropolitanos destinatum: l) Coelestini porro episcopi rom. et Cyrilli

e) adde si lubet, quae Constantinus vir diuinorum studiosissimus, sacri patriarchatus notarius dixit in act. 1. conc. niceni II. vid. act. conc. tom 3. p. 46. c. 2.

f) vnde nec mirum id cuiquam videbitur, in concilio constantinopolitano oecum. II. sancta synodo collationem vrgente epistolae, quam Ibas scripsit, cum fide chalcedonenis concilii, notarios dixisse: ea, quae pro his annotastis, prae manibus habemus.

g) i. e. ea, quae tum in prioribus conciliis gesta, tum in praesenti vel ad legendum offerebantur, vel, quo scriberentur, dicebantur.

h) Vid. act. conc. tom. I. p. 3. c. 1. Plenius tamen haec verba supra exhibuimus ex ZIEGLERO, qui secutum se esse fatetur, ANTONIVM CON-
TIVM.

i) act. conc. t. I. p. 745. c. 2.

k) act. conc. t. I. p. 835. c. 1.

l) act. conc. tom. I. p. 986. c. 1.

Cyrilli episc. alexandrini litteras ad Nestorium perscriptas, quarum illae de fide, hae vero de excommunicatione agunt: m) nec non Coelestini episc. modo memorati epistolam ad synodum ephesinam, in linguam graecam episcoporum iussu translata. n) In concilio Cpolit. A. D. 448. sub Flauiano acto, Asterius notarius epistolam legit Eusebii ad Flavianum archiepiscopum constantinopolitanum, o) et Aetius diaconus et notarius ea, quae acta sunt de negotio, quod vertebatur inter Eusebium et Eutychem. p) In concilio pseudoephesino Ioannes presbyter et primicerius notariorum legit, Theodosii et Valentiniani imperatorum epistolam, tum ad Dioscorum, q) tum ad synodum datam; r) libellum confessionis Eutyche; s) ea, quae acta sunt in regia vrbe constantinopoli; t) libellum a monachis, qui sub Eutyche erant, concilio ephesino secundo oblatum; u) et acta quaedam prioris concilii ephesini. x) In concilio chalcedonensi oecum. IV. Aetium, Asclepiadem et Procopium y) varia offendimus legentes. Aetius archidiaconus et primicerius notariorum, symbolum recitat centum quinquaginta patrum, Cyrilli item litteras ad Nestorium, et Ioannem Antiochenae ciuitatis episcopum; z) capitula duo Cyrilli; a) libellum non solum ab Eusebio episcopo porreclum, b) sed et alium a Theodoro diacono oblatum; c) ac denique definitionem concilii chalcedonensis. d) Asclepiades diaconus et notarius libellum legit tam Ischyronis diaconi, e) quam Sophronii christiani, f) et fidei definitionem. g) Procopius vero

K 2

- m) *act. conc.* tom. 1. p. 1000. c. 1. 137. c. 1. 2. p. 138. c. 1. 2. p. 139. c. 2. p. 140. c. 1. p. 142. c. 2. p. 144. c. 1. p. 145. c. 2. p. 146. c. 2. p. 148. c. 1. p. 150. c. 2. p. 158. c. 1. 2. p. 160. c. 1. p. 161. c. 1. 2. p. 162. c. 1. 2. p. 171. c. 1. p. 172. c. 1. p. 216. c. 1. p. 217. c. 2. p. 228. c. 2. etc.
- n) quam Sericius sanctae et apostolicae ecclesiae romanae notarius latine recitauit. *act. conc.* tom. 1. p. 1013. c. 1.
- o) *act. conc.* tom. 2. p. 149. c. 1.
- p) *act. conc.* tom. 2. p. 170. c. 1.
- q) *act. conc.* tom. 2. p. 141. c. 1. 2.
- r) *act. conc.* tom. 2. p. 143. c. 1.
- s) *act. conc.* tom. 1. p. 144. c. 2.
- t) *act. conc.* tom. 2. p. 149. conf. p. 171. c. 2. p. 174. c. 1.
- u) *act. conc.* tom. 2. p. 198. c. 1.
- x) *act. conc.* tom. 2. p. 200. c. 1.
- y) vt silentio praeteream Constantinum et Beronicianum. Interim vid. *act. conc.* tom. 2. p. 135. c. 1. 2. p. 229. c. 1.
- z) *act. conc.* tom. 2. p. 230. c. 1.
- a) *act. conc.* tom. 2. p. 228. c. 2. et p. 233. c. 2.
- b) *act. conc.* tom. 2. p. 233. c. 2.
- c) *act. conc.* tom. 2. p. 274. c. 2. p. 283. c. 1.
- d) *act. conc.* tom. 2. p. 234. c. 2.
- e) *act. conc.* tom. 2. p. 238. c. 1.
- f) *act. conc.* tom. 2. p. 272. c. 2.
- g) *act. conc.* tom. 2. p. 272. c. 2.

vero lector, (vel vt nota in margine habet, *diaconus*) et notarius, libellum, quem Athanasius presbyter obtulerat, recenser. h) In concilio romano sub Hilario papa celebrato A. D. 465. Paulus notarius recitauit epistolas binas Tarraconensium episcoporum ad Hilarium. i) Nec obscura huius rei vestigia in conciliis deprehendimus temporum subsequen-
tium. Legit enim in concilio constantinopolitano, cuius Mennas fuit praefes, Dorus (k) et Diodorus, l) uterque diaconus ac notarius; Minas lectorarius et secundicerius notariorum apostolicae sedis antiquae romae; m) Christophorus diaconus, notarius et secretarius; n) Macarius, o) Calonymus, p) Stephanus q) et Paulus, r) qui omnes notarii dicti et diaconi nec non Christodorus notarius diaconus ac secretarius: s) hierosolymitano sub Petro habito A. D. 536. Elifaeus diaconus et notarius: t) constantinopolitano oecumenico II. Stephanus diaconus et notarius et instrumentarius; u) Calonymus, x) Theodorus, y) Theodulus, z) Phorinus a) et Thomas, b) qui diaconi appellantur et notarii; ac Diodorus tandem archidiaconus et primicerius notariorum: c) Lateranensi A. D. 649. tempore Mar-
cini papae I. celebrato Paschalis, d) Anastasius, e) Theodorus, f) Exuperius, g) et Paschasius, h) (nisi hic idem forte sit cum Paschali) qui notarii regionarii salutantur apostolicae sedis;

VI.

- h) *act. conc.* tom. 2. p. 236. c. 2. y) *act. conc.* tom. 2. p. 699. c. I.
i) *act. conc.* tom. 2. p. 413. c. I. 2. p. 733. c. I.
k) *act. conc.* tom. 2. p. 580. c. I. z) *act. conc.* tom. 2. p. 710. c. 2. p.
l) *act. conc.* tom. 2. p. 583. c. 2. p. 711. c. I. p. 720. c. 2.
648. c. I. a) *act. conc.* tom. 2. p. 713. c. I. 2.
m) *act. conc.* tom. 2. p. 590. c. 2. p. 728. c. I.
p. 649. c. I. b) *act. conc.* tom. 2. p. 755. c. I.
n) *act. conc.* tom. 2. p. 590. c. 2. c) *act. conc.* tom. 2. p. 760. c. I.
o) *act. conc.* tom. 2. p. 594. c. I. d) *act. conc.* tom. 3. p. 93. c. 2. p.
p) *ibid.* 106. c. 2. p. 122. c. I. 2. p. 135. c. I.
q) *ibid.* p. 140. c. I.
r) *ibid.* e) *act. conc.* tom. 3. p. 97. c. I. p.
s) *act. conc.* tom. 2. p. 618. c. 2. 120. c. 2. p. 126. c. I. p. 149. c. I.
t) *act. conc.* tom. 2. p. 624. c. 2. p. f) *act. conc.* tom. 3. p. 101. c. I. p.
625. c. 2. 105. c. I. p. 117. c. I. p. 128. c. I. p.
u) *act. conc.* tom. 2. p. 671. c. I. p. 137. c. 2. p. 160. c. 2.
674. c. I. p. 675. c. I. g) *act. conc.* tom. 3. p. 103. c. 2. p.
x) *act. conc.* tom. 2. p. 684. c. 2. 108. c. I. p. 123. c. 2. p. 129. c. 2. p.
p. 690. c. I. p. 734. c. 2. p. 738. c. I. 149. c. 2.
p. 768. c. 2. h) *act. conc.* tom. 3. p. 112. c. 2.

VI. generali, constantinopolitano III. Salomon i) et Petrus, k) diaconi nec non Antiochus l) et Agatho m) lecti. qui vna cum illis notarii erant sanctissimi patriarchae constantinopolitani: nicaeno secundo Constantinus, n) Petrus, o) Cosmas, p) Stephanus, q) Gregorius, r) Georgius, s) Ioannes, t) Victor, u) diaconi x) et notarii sacri patriarchici secreti, vel sacri patriarchatus, Euthymius diaconus, monachus et notarius episcopi Gothiae, y) Theodorus diaconus et notarius, z) Theodosius diaconus, monachus, notarius et oratorii vel armarii sancti patriarchici secreti, vel armarii sacri oratorii custos, a) et Demetrius diaconus et notarius et armarii custos. b) Et ne quis adhuc dubiter, addo notarios legisse non solum quando negotium hoc aperte demandabatur illis, c) sed etiam quando lectio vel generatim praecipiebatur huius vel illius scripti, d) vel ab iis exigebatur,

K 3

quorum

i) *act. conc.* tom. 3. p. 239. c. I. p. 285. c. I.

k) *act. conc.* tom. 3. p. 242. c. I.

l) *act. conc.* tom. 3. p. 240. c. I. 2. p. 241. c. 2. p. 265. c. 2. p. 266. c. 2. p. 318. c. I. 2. p. 321. c. 2. p. 322. c. I. 2. p. 323. c. I. p. 327. c. 2. p. 333. c. 2. p. 334. c. 2.

m) *act. conc.* tom. 3. p. 304. c. I. p. 335. c. 2. p. 341. c. 2. p. 349. c. I. p. 357. c. 2.

n) *act. conc.* tom. 3. p. 461. c. 2. p. 462. c. I. p. 465. c. I. p. 466. c. I. p. 463. c. I. p. 469. c. 2. p. 500. c. I. p. 516. c. 2. p. 527. c. 2.

o) *act. conc.* tom. 3. p. 463. c. I. 2. p. 516. c. I.

p) *act. conc.* tom. 3. p. 467. c. 2. p. 468. c. I. p. 478. c. I. p. 499. c. 2. p. 507. c. I. p. 508. c. I. p. 517. c. I. p. 519. c. 2. p. 533. c. 2. p. 534. c. I.

q) *act. conc.* tom. 3. p. 486. c. 2. p. 502. c. 2. p. 509. c. I. p. 539. c. I. etc.

r) tom. 3. p. 499. c. I.

s) tom. 3. p. 500. c. I.

t) tom. 3. p. 507. et 508.

u) tom. 3. p. 508. c. 2. p. 515. c. 2. p. 516. c. I.

x) si Petrum excipias, qui lector fuit et notarius. Cosmas enim cubicularius quidem fuit sed simul et diaconus et notarius.

y) tom. 3. p. 502. c. I.

z) tom. 3. p. 506. c. I.

a) tom. 3. p. 514. c. 2. p. 515. c. 2. p. 521. c. 2. p. 523. c. I.

b) tom. 3. p. 534. c. 2. p. 539. c. I. p. 540. c. I.

c) id quod factum deprehendimus in concilio Berytensi A. D. 448. hab. *act. conc.* tom. 2. p. 296. Chalcedonensi tom. 2. p. 230. c. I. p. 233. c. 2. p. 283. c. I. Romano A. D. 465. congregato tom. 2. p. 413. c. 2. Constantinop. III. oecum. VI. tom. 3. p. 241. c. 2. p. 331. c. 2.

d) cuius rei exempla vide in conc. constantin. sub Flavianio acto tom. 2. p. 170. Pseudo-ephesino. tom. 2. p. 141. p. 143. c. I. p. 174. c. I. p. 198. c. I. Chalcedon. tom. 2. p. 234. c. 2. p. 236. c. 2. p. 238. c. I. p. 272. c. 2. Roman. A. D. 465. hab. tom. 2. p. 413. c. I. 2. constantinop. quo in Mennas praesidem egit. tom. 2. p. 590. p. 640. c. I. p. 643. c. I. p. 648. c. I. p. 624. c. I. p. 625. Constant. oecum. V. tom. 2. p. 671.

quorum intererat. e) Nae, qui certior de his redditus, nostrum impugnaverit assertum, eum ab omni cognitione alienum esse arbitror. Ceterum quod notarii scripta legentes in medio steterint concilii loco, inde colligo, quoniam de Aetio diacono et notario expressè sic legitur in concil. epolit. actis sub Flauino habiti: f) *Et transiens in medium Aetius diaconus et notarius legebat factam cognitionem gestorum.* Sed id exequiamur, quod expediendum restat, num acta g) scripserint notarii? Omnes autem hoc edocere poterunt, (vt reliqua taceam documenta) conciliorum acta, Eusebius item, Socrates, et Theodoretus. Conciliorum acta qui euoluit, illi plurima haud dubio sese offerent argumenta, quibus sententiam hanc munire poterit. Ast omnia in eius praesidium conquirere animus non est. Sufficit, quod ex eo optime demonstrari possit, quia in conc. chalc. oecum. IV. posteaquam praelecta erant acta quaedam synodi pseudo-ephesinae, Theodorus episcopus Claudiopolis Iauriae, orientalibus episcopis, et qui cum ipsis erant, falsitatem aduerentibus actorum, aliis reiectis, Dioscori notarios excepisse memorat, et Stephanus episcopus ephesinus notarios suos excipientes, a notariis Dioscori pessime utique habitos, et in scribendo impeditos esse declarat, innuens hoc ipso, a veritate id remotum esse, quod Dioscorus dixerat Theodoro obloquens et ad testimonium prouocans Iuuenalis atque Thalassii. Non abs re erit, quae in actis hac de re leguntur, hic exhibere: h) *Sancta synodus (Ephesina) dixit: si quis innouat anathema sit: si quis disciuit, anathema sit. Sanctorum patrum fidem seruemus. Et cum legerentur. CHALCEDONE ACTA. Orientales et qui cum ipsis reuerendiss. episcopi clamauerunt: Ista non diximus. Ista quis dixit? Theodorus reuerend. episcopus Claudiopolis*

67E. p. 674. c. I. p. 684. c. 2. p. 699. c. I. p. 710. c. I. p. 711. c. I. p. 713. c. I. 2. p. 720. c. 2. p. 728. c. I. p. 733. c. I. p. 734. c. 2. p. 738. c. I. p. 755. c. I. p. 760. c. I. Lateranens. sub Martino papa I. tom. 3. p. 93. c. 2. p. 97. c. I. p. 101. c. I. p. 103. c. 2. p. 105. c. I. p. 106. c. 2. p. 108. c. I. p. 112. c. I. 2. p. 117. c. I. p. 120. c. 2. p. 122. c. I. 2. p. 123. c. I. 2. p. 126. c. I. p. 129. c. 2. p. 137. c. 2. p. 140. c. I. p. 149. c. I. 2. p. 160. c. 2.

Constant. oec. VI. tom. 3. p. 239. c. I. p. 240. c. I. 2. p. 242. c. I. p. 265. c. I. 2. p. 318. c. I. 2. p. 357. c. 2. p. 321. c. 2. p. 322. c. I. p. 349. c. I. p. 461. c. 2.

e) *act. conc.* tom. 3. p. 128. c. I. p. 135. c. I.

f) *act. conc.* tom. 2. p. 170. c. I.

g) ab episcopis subscribenda. *act. conc.* tom. 2. p. 183. c. 2. p. 184. c. I.

h) *act. conc.* tom. 2. p. 143. c. I. 2.

diopolis Isauriae, dixit: Deducat notarios suos. Eiciens enim omnium notarios, suos fecit scribere. Veniant notarii, et dicant, si ista scripta sunt, aut nobis praesentibus lecta sunt, aut quis cognouit et subscripsit. Gloriosissimi iudices et amplissimus senatus dixerunt: Monumenta gestorum cuius manu perscripta sunt? Dioscorus reuerend. episcopus alexandriae, dixit: vnusquisque per suos notarios scripsit, mei mea: religiosissimi episcopi Iuuenalis, sui: religiosissimi episcopi Thalassii, sui. Erant autem et aliorum reuerendissimorum episcoporum multi notarii excipientes. Sic non est meorum notariorum litera, quia vnusquisque proprium habet. Iuuenalis reuerendiss. episcopus hierosolymae, dixit: Vnus notarius meus erat excipiens cum aliorum notariis. Thalassius reuerend. episcopus Caesareae Cappadociae, dixit: Et meus vnus erat, qui excipiebat. Dioscorus reuerend. episcopus alexandriae, dixit: Ecce notarius episcopi Iuuenalis excepit, et notarius episcopi Thalassii. et Corinthi excepit, nunquid mei tantummodo? Eusebius reuerendus episcopi Dorylei, dixit: supplico beatissimum episcopum Stephanum ephesium perquiri, si non exceperunt acta sanctae synodi notarii ipsius, et qualia perperse sunt a notariis religiosissimi episcopi alexandriae Dioscori. Gloriosissimi iudices et amplissimus senatus dixerunt: Quid ad haec dicit reuerend. episcopus Stephanus? Stephanus reuerend. episcopus ephesi, dixit: Excipiebant notarii mei Iulianus, qui nunc est reuerend. episcopus Lebedi, et Crispinus diaconus: et venerunt notarii reuerendis. episcopi Dioscori, et deleuerunt tabulas eorum, et digitos eorum pene fregerunt, volentes tollere et thecas eorum. Et neque eorum actorum exemplaria accepi, neque noui de caetero; quid actum sit. Pergo ad EVSEBIVM, qui in concil. antiocheno II. sub Dionysio papa A. D. 272. celebrato, disputationem, quam Malchion ecclesiae antiochenae presbyter disertissimus cum Paulo habuit Samofarēno a notariis exceptam esse refert. i) Et SOCRATES de concilio seleucienfi verba faciens, his igitur, inquit, k) praesentibus congregati episcopi die quinta calendas Octobres, sub gestorum confectione disputare coeperunt. Aderant enim etiam notarii, qui singulorum dicta notis exciperent. Denique explicationes, quae proferebantur dicti huius, Dominus creauit me initium viarum suarum ad opera sua, notariis vt scriberent, ab imperatore

Con-

i) in H. E. lib. VII. c. 29. conf. Ni.
ceph. H. E. lib. VI. c. 28.

k) in H. E. lib. 2. c. 39.

Constantio quondam demandatum esse, THEODORETVS auctor est. 1) Equidem longe plura addere possem testimonia, verum quia ex his pauculis etiam, quae attingi, satis superque constare arbitror id, quod initio proposui, notariorum fuisse, acta scribere, mitto illa in praesenti. Neque tamen in eam dicta sententiam aestimari volo, quod omnia credam, quaecumque in conciliis assessores pronuntiauerunt, excepta esse. Nam Aetius utique diaconus et notarius aliud docet, quando in concilio chalced. oec. IV. sessione prima, qua in acta recognoscebantur ephesinae synodi latrocinialis, rationem redditurus de iis, quae gestis non inserta, in concilio autem nihilominus prolata esse referebant, *Multa, ait, m) saepius tanquam in colloctione communi, et in parte concilii in conuentu a praesentibus sanctissimis episcopis dicuntur, quae scribi non praecipuntur.*

§. XIII. AD ACCVSATOS ABIBANT VNA CVM ALIIS. Moris erat antiquitas, vt episcopi alique viri ad reos citandos mitterentur, deferentes secum concilii litteras. Illis vero notarios interdum adiunctos fuisse defendimus. Loquuntur hoc acta concilii ephesini oecum. III. in quibus cum Anysius notarius et lector vna cum sacrorum ministris Anyfio Thebarum Helladis, Domino eiusdem Helladis, Ioanne Ephesti Augustammicae, et Daniele Darnensis Lybiae episcopis, abiisse memoratur n) ad Nestorium duabus vicibus citatum, sed frustra: tum Musonius notarius Ioannem antiochenum episcopum, qui de industria moras nectens in concilio nondum comparuerat, citasse legitur, o) comitatu instructus episcoporum, Danielis Coloniae, Commodi Tripolis Lydiae, et Timothei Termæ ciuitatis Helleponti. Confirmant idem concilii constantinop. acta sub Menna habiti. Ex his enim patet, ad Anthimum inquirendum et ad synodum vocandum primo ablegatos esse Acacium et Christodorum diaconos et notarios ecclesiae epolitanae simul cum episcopis, Vosporio, Acacio, et presbyteris defensoribusque Ioanne ac Theoctisto; p) secundo Andream et Calonymum diaconos et notarios, socios habentes episcopos, Petrum, Thalassium, Domnum et presbyteros ac procuratores, Romanum atque Ioannem;

1) Vid. *El. H. E.* lib. 2. c. 31.

m) *act. conc.* tom. 2. p. 185. c. 2.

n) *act. conc.* tom. 1. p. 987. c. 2.

o) *act. conc.* tom. 1. p. 1075. c. 2.

p) *act. conc.* tom. 2. p. 638. c. 1. conf. p. 640. c. 1. 2.

nem; q) tertio vero Paulum et Macarium diaconos et notarios, quorum comites erant episcopi, Theogenes, Bachus, Christophorus, et presbyteri ac defensores, Iulianus et Ammonius. r)

§. XIV. IIS, QVI AD CONCILIVM VOCABANTVR, SENTENTIAM PRAELEGEbant CONCILII, VEL VERBA TVM A VOCANTIBVS TVM A VOCATIS PROLATA, EXCIPIEBANT. Illud assertum stabili ex eo, quia Francion episcopus metropolitani Philippipoleos, qui in concilio chalcedonenfi ad id denominatus erat, vt Dioscorum haecenus in concilium venire recusantem, tertio vocaret, notarium poscit, qui litteras legat concilii, quando vnum, inquit, s) *de excipientibus notariis iubete nobiscum venire, ad perlegenda Deo amantissimo Dioscuro episcopo, quae ei mandata sunt a vestro sancto concilio.* Synodus vero petito annuens dicit: *Pergat Palladius diaconus et notarius Deo amantissimi episcopi Patricii, et quae a nobis ei dicta sunt, ex exceptis suis Deo amantissimo episcopo Dioscuro, praesentibus directis cum Deo amantissimis episcopis, relegat.* Hoc vero qui negat, ignorare videtur Himerium, t) Hypatium, u) et Palladium x) notarios excepisse ea, quae Dioscorus dixerat tribus vicibus admonitus, vt concilio se sisteret. CONCILIO INTERERANT EPISCOPI LOCO. In vulgus notum est, pontificem romanum non nisi per legatos extra urbem in synodis comparere consueuisse. Hinc mirandum non est, Leonem papam I. misisse quosdam ad synodum ephesinam eamque posteriorem, qui vice sua interessent illi. Horum autem in numero notarium fuisse BARONIVS y) vult, et qui annales illius in epitomen redegit, Henricus SPONDANVS. z) Ille testimonia huius rei sicco praeterit pede, hic ad epistolas a) prouocat Leonis. Nos acta euoluentes conciliorum a Surio edita, his verbis Leonem in epistola XIV. ad ephesinam synodum secundam, legatos suos significasse legimus: b) *Verum quia --- pie ac religiose christianissimus imperator haberi voluit episcopale concilium, vt ple-*
niore

q) *act. conc. tom. 2. p. 641. c. 1. conf. pag. 643. c. 2. et pag. 644. c. 1. 2.*

r) *act. conc. tom. 2. p. 645. c. 1. conf. p. 647. c. 1. 2. p. 648. c. 1.*

s) *act. conc. tom. 2. p. 239. c. 2. et p. 240. c. 1.*

t) *act. conc. tom. 2. p. 231. c. 1. 2.*

u) *act. conc. tom. 2. p. 232. c. 2.*

x) *act. conc. tom. 2. p. 240. c. 1.*

y) *ad ann. 449.*

z) *ad ann. 449. n. 7. p. 505.*

a) *ep. to. 12. 13. 15.*

b) *vid. act. conc. tom. 2. p. 39. c. 2.*

L

niore iudicio omnis possit error aboleri, fratres nostros Iulianum episcopum, Renatum presbyterum, et filium meum Hilarium diaconem, cumque his Dulcitium notarium probatae nobis fidei, missi, qui vice mea sancto conuentui vestrae fraternitatis interfint, et communi vobiscum sententia, quae Domino sint placitura, constituant. EPISCOPI VICEM EXPLENTES SVBSCRIBEBANT IN CONCILIIS.

Certis id et indubiis exemplis comprobo notariorum, Theodosii scilicet et Theodotii, quorum ille in concilio ephesino oecum.

III. Venantii episcopi Hierapolitanae ciuitatis, c) hic episcopi Eliae loco, sententiae legitur subscripsisse a Petro Hierosolymorum in Anthimum latae minus recte sentientem. d)

§. XV. Tandem ego id refero, quod Petrus alexandrinus presbyter et notariorum primicerius in conc. ephes. oecum. II. ex scriptis non solum selegerit e) ea, quae quam maxime ad rem faciebant, adeoque praelegenda saltem erant, sed etiam ex scriptis praelectis, quae pro rei praesentis illustratione deduci poterant, lectione finita exposuerit, f) vestigia haec sequente Ioanne presbytero et primicerio notariorum in conc. chalced. g) imo agenda significarit, h) id quod in conc. chalced. factum etiam deprehendimus ab Aetio i) archidiacono et primicerio notariorum, qui concil. chalcedonensis nomine ex aliis quaesuit, quid sentirent k) sententiam illius reo denunciauit, l) et ecclesiae causam egit. m)

§. XVI. Atque haec notariorum n) officia, quae in conciliis obiere, ex tribus delegi conciliorum tomis (editionem intelligo Surianam) iisque prioribus. Nunc ex posterioribus, quae exponen-

c) *act. conc. tom. 2. p. 213. c. 2.*
 Equidem haec per notarium, non extra-
 re hoc loco in codice Bellouacensi Mer-
 catoris, sed in subscriptione Eusthii,
 Stephanus Baluzius proficitur, verum
 ita pergit, tantum abest, vt lectionem
 hanc probet: Itaque codicem Vaticanum
 fecati sumus cui conuenit cum antiquis
 versionibus conciliorum ephesini et chal-
 cedonensis. Vid. noua collectio concil. no-
 tis BALUZII illustrata. p. 633.
 d) *act. conc. tom. 2. p. 653. c. 2.*
 e) *act. conc. tom. 1. p. 1002. c. 1.*
 p. 1005. c. 1. p. 1026. c. 1.

f) *act. conc. tom. 1. p. 1008. c. 1.*
 conf. tom. 2. p. 211. c. 2.
 g) *act. conc. tom. 2. p. 160. c. 2.*
 h) *act. conc. tom. 1. p. 937. c. 1. 2.*
 p. 1000. c. 2.
 i) *act. conc. tom. 2. p. 232. c. 1. p.*
 233. c. 2. p. 239. c. 1. p. 337. c. 1.
 k) *act. conc. tom. 2. p. 270. c. 2. et*
 p. 271. c. 1.
 l) *act. conc. tom. 2. p. 269. c. 1.*
 m) *act. conc. tom. 2. p. 314. c. 1.*
 n) quo nomine et protonotarios ve-
 nire res ipsa docet.

Exponenda supersunt, pertexam. Equidem non diffidendum est, vnum forte vel alterum momentum, o) cuius antea mentionem fecimus, confirmari posse ex his tomis: verum lubet in praesentia silentium agere hac de re, et ea saltem commemorare, quae tetigitur nondum. Quod vt eo rectius fiat, praemonemus, notarios constitutos non solum legi, in concil. Constantiensi p) et Lateranensi sub Iulio II. habito, eo fine, vt omnium scripturarum curam haberent specialem, ordinatis vero se subscriberent, q) sed in Lateranensi quoque praedicto, iuramentum praestare debuisse de fideliter exercendo officia. r) Quamuis enim vel omni tempore nemini, nisi illis, quibus concilium id iniunxerat, vel acta excipere, vel legere, vel quocumque demum alio munere notariorum fungi licuerit; neququam tamen ante haec tempora, quibus concilia, quae nominaui, celebrata sunt, vel constitutos hac ratione esse, vel iureiurando se ad fidelitatem obstrinxisse animaduertimus. His igitur praestatis, instituta methodo, officia ipsa sermone breui perstringere allaborabo. INSTRUMENTA s) CONFICIEBANT SVPER ACTIS. Patet hoc luculentissime ex eo, quia a notariis illa fieri petunt in concilio *Constantiensi*, Ioannes de Scribanis, procurator fiscalis, t) Henricus de Piro promotor et procurator concilii, u) Sigismundus imperator, x) magister Ioannes Abundi aduocatus nationis germanicae, y) dominus cardinalis et Benedictus Gentiani, z) Augustinus de Lance de Pisis; a) *Basileensi*, promotores siue procuratores concilii, b) ambasiatores papae, archiepisc. Spalatenis et episcopus Ceruien-

L 2

fis,

o) e. g. notarios scripsisse acta. *act. conc. tom. 4. p. 414. c. 2. etc.* et accusatos ad concilium vocasse *act. conc. tom. 4. p. 275. c. 1. 2. etc.*

p) adde *Basileensi*, cuius in sessione prima notarii ordinabantur, qui acta scriberent concilii corrigenda dein et emendanda ab aliis. v. *act. conc. tom. 4. p. 424. c. 2. p. 425. c. 1. conf. p. 426. c. 2. p. 428. c. 2. p. 435. c. 2.*

q) *act. conc. tom. 4. p. 252. p. 296. c. 2. tom. 5. p. 26. c. 2.*

r) *act. conc. tom. 5. p. 27. c. 1.*

s) quae extra concilia quoque notarios ecclesiasticos confecisse nouimus. Sed animus non est excurrere ad illa.

t) *act. conc. tom. 4. p. 249. c. 2. p. 253. c. 1. 2. p. 267. c. 1. p. 269. c. 1. p. 275. c. 2.*

u) *act. conc. tom. 4. p. 254. c. 1. 2. p. 255. c. 1. 2. p. 258. c. 2. p. 262. c. 2. p. 267. c. 1. p. 269. c. 1. p. 275. c. 2. p. 279. c. 2. p. 280. c. 2. p. 311. c. 2. p. 312. c. 2. p. 330. c. 2. p. 335. c. 1.*

x) *act. conc. tom. 4. p. 256. c. 1. p. 258. c. 1.*

y) *act. conc. tom. 4. p. 273. c. 1.*

z) *ibid. p. 280. c. 2.*

a) *ibid. p. 395. c. 2.*

b) *ibid. p. 425. c. 1. p. 437. c. 2.*

sis, c) magister Stephanus et alii promotores; d) *Lateranens*, quod sub Iulio II. coeptum, et sub Leone X. finitum, magister Thomas regis, procurator, e) Bernardus Mocharus procurator concilii, f) magister Marianus de Cuccinis, procurator fisci et concilii, g) Marius de Peruschis procurator itidem concilii, h) Ludouicus de Soleriis orator regis Francorum; i) et *Tridentino* D. Hercules Seuerolus ipsius concilii promotor. k) Accedit huc et illud, quod cum in actis fess. XIII. conc. constantiensis instrumentum quoddam publicum memoratur per notarios in notam receptum, l) tum Antonius tituli sanctae Praxedis presbyter Card. Leonis papae X. nomine in conc. Lateranens. fess. X. Bernardo Sculteti et Bernardino de Contreras notariis et scribis concilii mandat, vt Ludouico de Soleriis instrumentum dent authenticum protestationis per ipsum factae excusando praelatos gallicanae nationis. m) Denique id praeterire nequeo, instrumenta vtique extare, quae notarii ipsi confecti non minus, quam subscripsisse restantur nomine apposito et signo. n) Vnumquemque autem hoc edocere poterunt verba, quae in conc. t. IV. legimus: o) *Et ego Ioannes de Selicbin de Lansteyn clericus Treuerensis dioecesis, publicus apostolica et imperiali autoritatibus notarius, quia praedictis requisitioni, publicationi, affixioni, depositioni, nec non omnibus aliis et singulis supra dictis, dum sic (vt praemittitur) successiue fierent, et agerentur vna cum praenominatis testibus praesens interfui: ideoque hoc praesens publicum instrumentum per alium fideliter scriptum, exinde confeci, publicaui, et in hanc publicam formam redegi: signoque et nomine meis solitis et consuetis, signaui rogatus et requisitus in omnium et singulorum praemissorum fidem et testimonium; actis porro fess. VIII. concil Lateran. sub Leone celebr. p) Ego Petrus Bembus clericus Veneriarum, sanctissimi D. N. papae secretarius, ac publicus apostolica auctoritate notarius, quoniam praemissis omnibus et singulis, dum sic (vt praedictum est) in antecubiculo*

- c) *ibid.* p. 451. c. 1.
d) *ibid.* p. 454. c. 2.
e) *act. conc.* tom. 5. p. 27. c. 2.
f) *act. conc.* tom. 5. p. 37. c. 1.
g) *ibid.* p. 46. c. 1. p. 47. c. 1. p. 58. c. 1. p. 68. c. 1. 2.
h) *ibid.* p. 93. c. 1.
i) *ibid.* p. 146. c. 2.
k) *ibid.* p. 394. c. 1.
l) *act. conc.* tom. 4. p. 297. c. 2.
m) *act. conc.* tom. 5. p. 158. c. 1.
n) *act. conc.* tom. 4. p. 367. c. 2. p. 368. c. 1.
o) p. 268. c. 1. conf. p. 418. c. 2. et 419. c. 1.
p) *act. conc.* tom. 5. p. 102. c. 1.

culo sanctissimi D. N. papae, atque in eius praesentia reuerendissimi-
 rumque dominorum Antonii tituli S. Vitalis presbyteri Card. Pa-
 pien. et Petri tituli S. Eusebii presbyteri Car. Anconitan. et Laurentii
 sanctorum quatuor presbyteri Card. de Pucciis, ac Iulii sanctae
 Mariae in Dominica diaconi Card. de Medicis, tractarentur et fierent,
 praesentibus etiam testibus ad id vocatis, Philippo Aldimario, La-
 zino de Banassais, ac Ioanne Lazaro Pulica, et requisitis interfui,
 eaque ita fieri vidi et audiui, et hoc ipsum publicum instrumen-
 tum aliis impeditis negotiis, alterius manu scriptum confeci, et
 in hanc publicam formam redegi, signumque meum atque nomen
 in praedictorum fidem appesi. Et X. fess. eiusdem concilii: q) **Con-**
 super quibus omnibus et singulis idem magnificus dominus orator pe-
 titi a protonotariis, notariis et scribis concilii instrumentum et instru-
 menta. --- Et ego Bernardus Sculteti decretorum doctor, Decanus
 Warmien. publicus apostolica et imperiali autoritatibus notarius, et
 sacri Lateran. generalis concilii scriba deputatus, quia praemissis
 omnibus et singulis, dum sic (vi praemittitur) fierent et agerentur,
 una cum praenominatis testibus, ac infra scripto collega et connotario
 meo praesens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui,
 et ac in notam sumpsit. Ideo hoc praesens publicum instrumentum
 manu alterius fideliter scriptum, exinde confeci, subscripsi, publica-
 ui, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis so-
 litis et consuetis signavi et communiui, rogatus et requisitus in fidem
 testimonium omnium et singulorum praemissorum. Et ego Bernardus
 de Contreras clericus Burgen. iuris viriusque doctor, publicus
 apostolica auctoritate notarius ac sacri Lateran. concilii scriba ---
 praesens publicum instrumentum manu alterius fideliter scriptum,
 subscripsi et publicavi, signoque et nomine meis solitis signavi, in fi-
 dem et testimonium omnium et singulorum praemissorum rogatus et
 requisitus. CITATIONES AFFIGEBANT, QVAS SVBSCRIBERE
 SOLEBANT ET SIGNARE. Nemo ignorabit superiora secum
 perpendens, moris antiqui fuisse, vt rei, qui in concilio compa-
 rere debebant, summa cum diligentia quaererentur, inuentis au-
 tem concilii aperiretur sententia. Hunc eo tandem abiisse, vt
 litteras citatorias subscriptas a se et sigillatas, posteaquam praele-
 ctae erant, ad portas affigerent notarii vel ciuitatis, vel templo-
 rum, vel denique palatii, et actis discimus fess. VIII.

L 3

Con-

q) act. conc. tom. 5. p. 159. c. 1.

Constantiensis vt et IX. In illa enim Gifelerus Bouencen clericus Meguntinensis dioecesis, apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, et Constantiensi concilio pro natione germanica notarius ad portam accessisse vulgariter Switzport nominatam ciuitatis Constantiensis, et citationem ibidem Ioannis papae sigillatam et subscriptam clauis dictae portae affixisse refertur. r) In hac vero litteras legimus citatorias (quae Ioannem papam concernebant, quaeque a magistro Nicolao de Hubancho recitatae) per nationum notarios subscriptas et sigillatas, Fridericum de Arnhem clericum Colonienensis dioecesis, publicum apostolica et imperiali auctoritatibus notarium, ad valuas affixisse ecclesiae S. Stephani, cathedralis item Constantiensis et palatii apostolici, siue domus episcopalis Constantiensis, Gifelerum Bouencen autem notarium ad portas ciuitatis Constantiensis Guitport nuncupatas et Rumphartorum. s) Neque tamen solum affigere notariorum fuisse, sed et litteras affixas interuallo quodam interiecto remouere, imo remotarum loco apographum substituere nonnunquam, ac de his omnibus instrumentum conficere manifestum fit ex locis, quae iam citauimus. Plane fieri autem in hac rerum vicinitate nequit, quin addamus, bullam indictionis sacri generalis concilii Lateranensis variis in locis notarios affixisse, mandata exequentes Iulii II. papae. t) **IVRAMENTA RECIPIEBANT.** Dubitare nos hac de re non sinunt verba, quae extant in concilii Constantiensis sessione XX: u) *Domini vero de concilio ibidem stantes, nemine discrepante, responderunt, placet. Approbaruntque dicta capitula, et iurauerunt ea fideliter obseruare, videlicet domini cardinales et praelati ad pectora sua, caeteri vero domini ad sancta euangelia corporale praestitere iuramentum, scrutantibus huiusmodi iuramenta a dextro latere dominis Ioanne de Trembleio, sedis apostolicae et sacri Constantiensis concilii protonotario, a sinistro vero latere Galtero Grassi Priore ecclesiae Rhodi ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani, cum nonnullis aliis sacri concilii notariis et scribis. et XXXV. x) Quibus lectis et completis, reuerendi patres Iacobus Rhodius sedis apostolicae protonotarius, et Ioannes literarum apostolicarum corrector, tenens*

r) aſſ. conc. tom. 4. p. 272. c. 1.

s) aſſ. conc. t. 4. p. 276. 277. 278.

t) aſſ. conc. tom. 5. p. 22. c. 2. et p. 23. c. 2.

u) aſſ. conc. tom. 4. p. 349. c. 1.

x) aſſ. conc. tom. 4. p. 376. c. 2.

tenens librum euangeliorum a parte dextra, et a parte sinistra dominus Thomas Poltensis dictae sedis protonotarius et venerabilis dominus Iacobus Morefim, sacri palatii apostolici causarum auditor, tenentes libros sanctorum euangeliorum, acceperunt ad dominos in hac sessione praesentes, recipientes ab eis iuramenta. Ex duobus enim his locis sole meridiano clarius elucet, protonotarios et notarios iurantibus eo consilio adfuisse, quo cunctos et singulos obseruarent iusiurandum exigentes ab vnoquoque, nec quicquam de iuramenti formula immutari patientes. VOTA SCRVTANTES COMMITARI DEBEbant. Ipso hoc ex statuto cognoscimus concilii Constantiensis y) et Lateranensis z) sub Iulio II. habiti, de duobus notariis votorum adiungendis scrutatoribus. Quod vnicum argumentum, quamuis adduxisse sufficiat hoc loco, rem tamen confirmare est animus exemplo, de quo ita in actis: a) Qua (bulla sc. secunda session. IV.) perlecta (in eadem hac sessione conc. Lateran. sub Iulio II. congregati) idem reuerendus pater dominus Alexander episcopus petiit a paribus existentibus in concilio, an placerent reuerend. paternitatibus suis contenta in schedula seu bulla. Et immediate scrutatores votorum, vna cum protonotariis et notariis iuerunt ad recipiendum vota patrum. Rationem autem instituti huius, qui accipere auct, illum aduertere volo, nullibi illam, quantum ego quidem recordor, aperte significari. Interim coniectura assequi nemo non facile potest, notarios ideo iis, qui vota scrutabantur associatos fuisse, quo vel patrum vota scripto consignarent, vel antea praecideretur omnibus, dicta forsitan reuocandi. INTERESSE ILLOS OPORTEBAT TVM ELECTIONI PONTIFICIS, TVM FIDEI PROFESSIONI. De electione, quod dixi, verum esse, exemplum docet Thomae decani Eboracensis, sedisque apostolicae notarii, quem concilium Constantiense in sessione XLI. cardinalibus adiungit, qui pontificem romanum eligere debebant. b) Nec alterum, quod adduximus momentum, in dubium poterit vocari, siquidem manifeste hoc declarat concilii Basileensis decretum, quod conditum nouimus in sess. XXIII. c) et repetitum, d) in sess. XXXVII. concilii modo dicti. Alia, quae commemorare possem,

y) act. conc. tom. 4. p. 252. c. 2.

z) act. conc. tom. 5. p. 27. c. 1.

a) act. conc. tom. 5. p. 57. c. 2.

b) act. conc. tom. 4. p. 390. c. 1. add. t. 4. p. 476. c. 2.

c) act. conc. tom. 4. p. 477. c. 1. 2.

d) act. conc. t. 4. p. 521. c. 2.

possem, officia, silentio nunc dissimulo, quia quae recentiora sunt, pensatori trutina expendere, animo non destinaui. Saltem istud addo, e) *protonotarium in ecclesia graeca* (loquentem adduco LEONEM ALLATIVM f)) *antisliti ministrare, tenentemque atramentarium, stare ante ipsum, et si quid scripto opus fuerit, scribere, scribere praeterea ordinationes, manumissiones, edicta et similia; in latina vero varia itidem peragere.* Quod si quis ignoret ordinem adeat romanum, HYNOLDI PLETTENBERGII S. I. *notitiam congregationum et tribunalium curiae romanae diuersis in locis, aliosque rituum scriptores.* Interea audire hic iuuabit *auctorem anonymum ritualis romani, seu sacrarum ceremoniarum SS. romanae ecclesiae: g) protonotarii officium est, notare ea, quae in publicis consistoriis geruntur, cum rogantur a procuratore fiscali, et cum opus fuerit, in publicam redigere formam. Ideo oportet eos interesse publicis consistoriis. De officio eorum in cancellaria nihil ad nos. Pontifici in publicum cum pluuiali et mitra exeunti, protonotarius fimbrias inferiores simul iunctas deferre debet: nam ad sinistram pontificis praecedens, caudamque cappae suae sibi deferens, ut de episcopis assistentibus diximus, sinistram ad extremitatem fimbriarum, dextram ad superiorem partem ante corpus pontificis tenens proficiat. Cum peruenit ad locum, ubi pontifex consistit, dimittit fimbrias ad manus diaconorum, et vadit ad locum suum. cum pontifex in diuinis est daturus benedictionem solennem, protonotarius accedit, et genu flexus super scabellum sedis papae, dum papa benedicit fimbrias inferiores, a sinistro latere eleuat, et cum eis corpus pontificis tegit ab umbilico et infra. finita benedictione dimittit fimbrias, et reuertitur ad locum suum.* Diserte enim hic varia recensentur officia, nec tamen omnia omnino. In his igitur a me prolatis adquieto, exercitantiunculae huic de officiis notariorum ecclesiasticorum, constituens

F I N E M.

e) Non omittens tamen id, quod PLATINA refert in *vit. Pasch. II.* primiscrinios et scribas regionarios Rainerio in pontificem electo nomen indidisse Paschalis II.

f) de *ecclesiae utriusque consensu lib. 3. c. 8. §. 6.*

g) Colon. Agripp. ed. anno 1557. in 8. c. 20.



DISSERTATIO III.

Officii notariorum ecclesiasticorum in praecedente dissertatione indicatis potius, quam copiose a me descriptis, restat, ut nunc etiam breuiter et cursim, quo assentiar temporis, requisita attingam; seu virtutes, vitia item, numerum, dignitatem, et titulos eorundem.

CAPVT VI.

DE

REQUISITIS SEV VIRTVTIBVS NOTARIORVM ECCLESIASTICORVM.

§. I.

Non ignoro quidem, diuersimode has voces accipi, illamque, si opponas virtutibus, ad intellectum, hanc vero ad voluntatem referri posse. Verum quia necessitas nulla adest, quae flagitare videtur, ut distincta haec consideremus, vocabula ista pro synonymis accipientes vnico hoc capite vtrumque pertractabimus momentum. Quae cum ita sint, CICERONIS verba praemittimus,

M

mittimus,

mittimus, quibus in oratione pro L. Sylla vtens a) eo fine consilioque, quo Torquatum criminatione hac excludat, aliter ac dictum, in tabulas publicas relatum esse, senatores commendat, notario- rum munere tum temporis functos: Itaque introductis in senatum iudicibus constitui senatores, qui omnia iudicum dicta, interrogata, responsa perscriberent. At quos viros? non solum summa virtute et fide, cuius generis in senatu facultas maxima: sed etiam quos sciebam memoria, scientia, consuetudine et celeritate scribendi, facillime, quae dicerentur, persequi posse: C. Cosconium, qui tunc erat praetor: M. Messalam, qui tum praeturam petebat: P. Nigidium, App. Claudium. credo esse neminem, qui his omnibus aut vere referendis, aut etiam scribendis, putet ingenium defuisse. Hucusque Cicero, quem de notariis ciuilibus loquentem praeterire tamen nolimus, propterea quod hoc in loco, eoque vnico, quem haecenus reperire licuit, summam recensentur requisita ac virtutes notariorum, imo puto hoc ipsum ad notarios ecclesiasticos accommodari non inconcinne posse. Ea enim, quae in senatoribus Cicero laudauit, (et haec sunt, b) virtus nempe seu morum probitas, fidelitas, memoria, scientia et scribendi celeritas,) a notariis ecclesiasticis olim requisita fuisse, quis est, qui non videat?

§. II. Certè moribus probatos, vel minimum a diuersis vitiis, qui intemerati manserunt, notario- rum munere dignos saltem omni omnino tempore habitos esse, persuaderi facile poterit ex eo, quia primitiuae ecclesiae sanctitas vitae constitit, probitasque morum eximia, nec subsequentibus temporibus cuncti illi, penes quos potestas erat, adeo peruerse egisse existimari queunt, vt homines malae notae notarios constituerint, i. e. illos, qui ecclesiae, conciliis, virisque excellentibus quoque in omni vt eruditionis ita virtutis genere operam nauare, curateque non minus, quam fideliter peragenda peragere tenebantur. Ad- do, quod notarii officium vt plurimum ecclesiasticis personis, e. g. diaconis, sit impositum, et in concilio Mediolanensi III. A. D. 1573. congregato, decretum, eos, qui in publico concubinato, aut

a) vid. op. CICER. t. 2. p. 530.

b) ad quae referri poterit consuetudo, cuius CICERO meminit.

aut adulterio vivebant, aliosque publice criminosos a foro episcopali ita arcendos esse, vt nec notarii, nec procuratoris, nec aduocati officium gererent ne in villo quidem causarum genere. c) Ast fidelitatem a notariis quam maxime desideratam esse res ipsa clamat. Haec enim, quae istud vniuersitatis rerum est vinculum, nisi adfuisset, tam frustra laborassent, quam si aut litus arassent, aut in aqua scripissent. Atque hoc idem vt apertius dicam, notariorum erat, vt vidimus, acta martyrum, conciones, eaque, quae in conciliis gerebantur excipere, scripta publice praelegere, instrumenta conficere, vt alia omittam. Haec si notarii fecissent, quorum in actis suspicio haerebat perfidiae, non potuissent non dubium oriri de veritate vel lectorum ab iis, vel scriptorum, quo tamen admissio, omnis certo periisset notariorum vsus. Hinc mirandum sane non est, iurisiurandi demum religione, quod summum inter homines fidei pignus est, ad fidem notarios se obstringere debuisse. Patet hoc ex actis concilii Mediolanensis l. sub Carolo Borrhomaeo habiti A. C. 1565. vbi iurandum non solum episcopo a notariis praestandum esse innuitur, sed et formula illius praescribitur, d) quam, quia rem egregie confirmat, integram hic subnectere non piget: *Ego N. notarius a reuerendiss. D. N. episcopo, vel D. N. eius Vicario delectus, nihil vel dedi, vel pollicitus sum gratia huius officii obtinendi. Commissum mihi munus diligenter ac fideliter exercebo. A litigatoribus, quorum fuero notarius, vel a quocumque alio eorum nomine, quauis de causa nihil, ne sponte quidem datum, accipiam; praeter id, quod episcopi taxatione praesinitum fuerit. Nihil agam; neque me, aut quumquam alium interponam, quo mihi vlla causa scribenda committatur. Non ero promotor vel procurator in causis, quae agentur coram reuerendissimo D. episcopo, seu eius R. D. Vicario generali, vel aliquo ab eis constituto, seu eorum ministro. In causis vero, in quibus sum, vel fuero notarius, omnes actus iudiciales substantialiter in manuali, seu memoriali coram reuerendiss. D. episcopo, seu eius Vicariis, aut alio ab eis praeposito, et, etiam coram ipsis litigatoribus, si expectare voluerint, conscribam. Conscriptos eos, et instrumenta, et omnia alia, et singula in causis producta, cum reuerendissimus D. episcopus, vel alii supradicti, seu litigatores, vel eorum aliquis*

M. 2

petierint;

c) act. conc. tom. 5. p. 603. c. 2.

d) act. conc. tom. 5. p. 529. c. 1. 2.

petierint; in regeſum fideliter quam colerrime referam, vel referenda curabo. Litigatorum poſſulatu, vel alicuius eorum, in ſingulis terminis ſucceſſiue litigatoribus ipſis copiam dabo, cum per reuerendiſſimum D. epiſcopum, ſeu alios ſupradictos decreta fuerit, ſine recuſatione, et fraude, contentus mercede, epiſcopi taxatione praefinita. Secreta eiusdem officii, et cauſarum nemini patefaciam, praefertim atteſtationes teſtium et conſilia aſſeſſorum, atteſtationesque et ſententias, donec publicatae, perlatae, et ſententiatas, et per reuerendiſſimum D. epiſcopum, ſeu alios ſupra dictos ſubſcriptas fuerint. Conſtitutionibus et mandatis reuerendiſſimi D. epiſcopi obtemperabo. Inſtituta quoque officii, et officialium collegii honeſta iuſſa ſeruabo. Nec vllomquam tempore contra faciam, et omnia, et ſingula ſupraſcripta, omni dolo, et fraude omnino remotis, inuoluate praefitabo; et ita promitto, et iuro; ſic me Deus adiuuet, et haec ſancta Dei euangelia.

§. III. Porro memoriam in vniuerſum qui hic ſpernit, aut notariis minus neceſſariam fuiſſe exiſtimat, ab illius ſententia abſum quam longiſſime. Nam vt ſilentio diſſimulem, in notando, vel notis excipiendo, haud parum eos adiuuiſſe memoriam, quaefo, qua ratione tam varia ſuggerere potuiſſent, ſi praeteritarum rerum intelligentiam in ventos ſtatim rapuiſſet obliuio; ſi non illae veluti penuario memoriae ſeruatae fuiſſent, vnde cum opus eſſet, depromerent? Hac nimirum de cauſa vel inprimis a notario memoriam requiſitam eſſe defendo. e) Nec rudes praeterea negotio huic deſtinatos eſſe, quilibet facile coniectura deprehendit, animo id voluens, quod notarii ſcripta ſaepius, vel dicta alium in ſermonem conuertere, modum optime callere debuerint, acta excipiendi, quo nec neceſſaria omitterent, nec ſuper-

e) Obiter hic mentio iniicienda eſt Ludouici rom. protonotarii, de quo ita ZWINGERVS in *Theatro vit. bum.* p. 34. ſeq. Ludouicus romanus protonotarius, iuris peritus, memor erat omnium, quae ipſe vquam aut legiſſet, aut audiſſet; nec oblitus erat eorum aliquid, quae ipſe vidiſſet. Nec vt caeteri iuriconsulti principia legum in diſputan-

do allegabat, ſed quaſi codicem legeret, ſic textum memoriter referebat. Vir ſummus non admirationi, ſed ſuppori futurus omnibus populis, niſi peſtifera lue vix trigeſimum egreſſus actatis annum in Baſileenſi concilio periſſet, cum horis ſex et triginta decubiſſet. Aeneas Sylu. lib. 1. de geſtis Baſil. concilii.

superuacua adnotarent, et per multorum seculorum decursum diaconi insimul fuerint, vel archidiaconi, si primicerios respicimus notariorum. Quae omnia cum haud obscure arguant, scientiam notariorum non defuisse, nihil causae video, cur non et vetustiores illius rationem habuisse dicamus. De recentioribus enim vel aetate illa uiuentibus, quae aetate nostro proximior, dubium plane nullam superest, quippe in vulgus nota est concilii Mediolanensis I. constitutio de examine notariorum in collegium cooptandum, f) quo argumento, quod aliud ad demonstrandam assertionem esse euidentius potest?

§. IV. Postremo notarios scribendi celeritate pollere utique debuisse, nemo non, meo quidem iudicio, videt. Praeterquam enim, quod ex nomine ipso clarissime perspicui possit, notariorum incumbisse, non cunctanter scribere, sed notare, i. e. notis in scribendo uti, quae singulae singula verba, aut etiam sententias integras exprimebant, et ipsa actorum scriptio, quae praecipua quondam muneris notariorum pars erat, iure quodam suo postulare illam videtur. Quodsi enim animo consideremus, notarios, vel vnicum nonnunquam, g) omnia, quae in concilio gerebantur, annotare debuisse, fateri sane necessum habebimus, illos, cum successerint huic rei, velocitatem illam in scribendo adhibuisse, qua de Manilius agit, cuius verba adduximus ante, MARTIALIS item l. 14. epigr. 206.

*Currant verba licet, manus est velocior illis
Nondum lingua suum dextra peregit opus.*

AVSONIVS epigr. 137.

*Puer notarum praepetum,
Sollers minister aduola.
Bipatens pugillar expedi:
Cui multa fandi copia
Punctis peracta singulis
Vt una vox absolvitur.*

*Euolue libros vberes.
Instarque densae grandinis
Torrente lingua perstrepe,
Tibi nec aures ambigunt,
Nec aucupatur pagina
Et mota parce dextera*

M 3

Volat

f) act. conc. tom. 5. p. 529. c. I.

g) act. conc. tom. 2. p. 143.

Volat per aequor cereum.
 Quum maxime nunc proloquor
 Circumloquentis ambitu:
 Tu sensa nostri pectoris
 Vix dicta iam ceris tenes.
 Sentire tam velox mihi
 Vellem dedisset mens mea:
 Quam praepetis dextrae fuga,
 Tu me loquentem praeuenis.
 Quis quaeso, quis me prodidit?
 Quis ista iam dixit tibi
 Quae cogitabam dicere?

Quae furta corde in inimico
 Exercet ales dextera?
 Quis ordo rerum tam nouus,
 Veniat in aures vt tuas,
 Quod lingua nondum absoluerit?
 Doctrina non haec praestitit:
 Nec vlla tam velox manus
 Celeripedis compendii.
 Natura munus hoc tibi
 Deusque donum tradidit:
 Quae loquerer, vt scires prius
 Idemque velles, quod volo.

PRVDENTIVS pass. *Cassian. Forocornel. hymn. XII.*

Verba notis breuibus comprehendere cuncta peritus
 Raptimque punctis dicta praepetibus sequi.

Et epitaphium a Gelenio descriptum in sacrario Coloniensi p. 356.
quod ex FRESNIO h) hic legendum exhibeo:

Hoc hoc sepulcrum respice,
 Qui carmen et musas amas
 Et nostra communi lege
 Lacrymando titulo nomina,
 Nam nobis pueris simul,
 Ars varia, par aetas erat,
 Ego consonanti fistula
 Sidonius acris persstrepens,
 Hoc carmen, haec ara, hic cinis
 Pueri sepulcrum est Xanthiae,
 Qui morte acerba raptus est,

Iam doctus in compendia
 Tot literarum et nominum
 Notare currenti stylo,
 Quot lingua currens diceret.
 Iam nemo superaret legens,
 Iam voce herili coeperat
 Aurem vocari ad proximam
 Heu morte propra concidit,
 Arcana qui solus sui
 Sciturus Domini fuit.

CAPVT

h) vid. RI. append. ad gloss. lat. sub v. notae.

CAPVT VII.

DE

VITIIS NOTARIORVM
ECCLESIASTICORVM.

§. I.

Neque vero haec, quae de virtutibus exposuimus, ita capienda sunt, ac si nullo non tempore notarii illis ornati fuerint. Ut enim nihil ab omni parte beatum, sed bona malis mixta esse solent, ita et illos interdum vitiis utique laborasse, vnusquisque facile adduci poterit, vt credat. Sanctus etenim HIERONYMVS in epistola 28. ad Lucinium data, infcitiae ac temeritatis accusat notarios et librariorum. Vnde (ait) *si paragrammata repereris, vel minus aliqua descripta sunt, quae sensum legentis impediunt, non mihi debes imputare, sed tuis et imperitiae notariorum librariorumque incuriae, qui scribunt, non quod inueniunt, sed quod intelligunt, et dum alienos errores emendare nituntur, ostendunt suos.* Dein perfidiosos et audacissimos fuisse Dioscori alexandrii notarios, colligimus inde, quia in conciliabulo ephesino et acta corruperunt ad libitum illa Dioscori conficientes, a) et tabulas aliorum deleuerunt, digitosque eorum pene fregerunt, thecas quoque tollere volentes. b) Tum in festo sanctorum notario- rum, Marciani scilicet et Martyrii, c) turpiter se gessisse olim, hocque

a) prout acta abunde monstrant conc. chalced. act. 1. vid. act. conc. tom. 2. p. 140. 141. 142. et 143.

b) act. conc. rom. 2. p. 143. c. 2.

c) quorum in honorem templum dein extractum esse FRESNIVS docet in Constantinop. christ. p. 130. n. 71. his verbis: SS. notariorum templum aedificauit Theodosius. et multis ditauit possessionibus, inquit Codinus p. 61. ex originibus Cyprianis ineditis. Sed

quod Theodosio adscribit, alii Ioanni Chrysostomo et Sisinio patriarchis Cyprianis tribuunt. Nam idem fuit, quod Marciani et Martyrii vocant, qui ab Arianis sub Constantio imperatore caesi sunt. Sozom. lib. IV. cap. 11. de iisdem sanctis: — Horum quidem insigne sepulcrum est pro moenibus Constantinopolis extractum, tanquam martyrum monumentum, quod templo ambitur, quod aedificare coepit Ioannes, absoluit Sisinus.

hocque ipso Lucam patriarcham mouisse, vt ritum aboleret ac tolleretur, quo tempore illo cum scenicis personis forum obire mos erat, ex BALSAMONIS verbis cognoscere licet: *Quae porro, inquit, d) indecora aliquando fiebant a notariis, adolescentium instructoribus, in sanctorum notariorum festo, cum scenicis personis forum obeuntibus, ante aliquot annos exoleuerunt, sanctissimi illius patriarchae domini Lucae decreto. Adhaec subdiaconi e) et custodes f) notariis adiuncti, vitis illos et negligentiae et perfidiae maculatos fuisse, indicio est, quo fere nihil potest ad omnem fictionis hac in re explodendam suspicionem esse certius. Nam si omne studium, laborem, diligentiam, fidem in munere suo adhibuissent, veteres nunquam, qui nihil temere sineque prudenti consilio instituerunt, de inspectoribus illorum cogitarent. Contentientes hac in re habeo consummatissimae doctrinae viros, MONTACVTIVM nempe et FRESNIVM, quorum ille de diaconis loquens, qui ANASTASIO g) subdiaconi audiunt, Cum vero, ait, h) temporis progressu, negligentius executioni publica haec liturgia mandaretur, Anterus denuo romanus pontifex, circa salutis annum CCXXXVIII, gesta illa martyrum, apud notarios deposita, diligenter conquisita, et coacta in vnum, nec non accuratius correctae, in ecclesiae recondidit apothecas. Notariis deinceps addidit επιρωτας et εγωδιωτας quosdam Fabianus pontifex successor Anteri, septem nimirum diaconos, per 7. illas orbis regiones. Illi non modo praepositorum ecclesiarum, et sacerdotum, vel των ερωτων τε διοικωντων εγωδιωτας: aut virorum illustrium, et dignitate praestantium, περαιοδιωτας: aut virginium sacratarum κομμοδιωτας, in tabulas notariorum referendas curabant: sed ex infima quoque plebe αρωδιωτας, et quemcumque pastorem, sutorem, rusticum ignobilem domo et apud homines, qui Christum confessus, variis tormentis, usque*

nus. Eadem habet Nicephorus Callisti lib. IX. ep. XXX. — Locum designant synaxaria ad diem 25. Octobris, quo celebratur eorum festiuitas: et sepeliuntur in Melandesia porta, in ipsa Constantinopoli, in tractu qui Secundum appellatur, quorum templum posthaec sanctus pater noster Ioannes Chrysostomus a fundamentis excitauit.

d) vid. synod. tom. I. p. 231.

e) vid. ANASTAS. in vit. Fabian. PP. conf. BARON. praecipit. die de martyrol. rom. ipsi martyre. praem. c. I. III.

f) v. collat. i. Caribag. c. 132. 223.

g) d. l.

h) in praef. appar. ad or. eccl. §. 13.

vsque ad sanguinem decertauerat, literis et memoriae commendabant. Hic de custodibus verba faciens, custodes inquit, i) in collat. 1. caribagin. c. 132. 224. dicuntur, qui notariis vel exceptoribus publicis ac delectis adiunguntur, ne quid contra veri fidem in acta referant: Qui notariis et exceptoribus videntur appo-
siti, vt est in collat. II. c. 19. Adde c. 53.

§. II. Nec meliora sane de nouissimis seculis, promittere possumus. Mentem enim notariorum aequae voluntatem morbis saepius infectam fuisse, examina loquuntur, quae subire tandem debuerunt, poenae variae (suspensionis puta, depositionis, excommunicationis) in conc. Mediolan. I. quod sub Pio IV. Carolus Borrhomaeus habuit anno 1565, decretae, k) et viri illi, qui in concilii Basileensis sess. I. eo nomine ordinabantur, vt acta concilii vniuersa per notarios scripta adficerent, debiteque, si opus esset, corrigerent et emendarent. Quae licet clarissima sint intellectu, nec vocis alicuius testimonio indigeant, PLATINAM tamen audire iuuabit, qui ita scribit: l) *Voluit item (Iulius I. pontif.) vt omnia ad ecclesiam pertinentia per notarios aut per primicerium notariorum conscriberentur: hos hodie (vt arbitror) protonotarios vocamus, quorum officium est res gestas praecipue conscribere. Verum nostra aetate adeo plerique (nolo dicere omnes) literarum ignari sunt, vt vix sciant nomen suum latine exprimere, nedum aliorum res gestas perscribere. De moribus nolo dicere, cum e lenonum numero et parasitorum quidam in hunc ordinem relati sint. Et alibi: m) Notarios et tabelliones, (puta iniustos. Omnes enim omnino illum reiecit, quis quaeso est, qui credat?) utpote sanguine pauperum et litigantium viuentes, a se vt pestiferos reiecit, (Nicolaus III. pontifex) Gregorium decimum, et Ioannem viccesimum primum hac in re imitatus. Denique alii dispiciant, quibus maius est otium, de plenissimo eorum, quae in GREGORIO M. n) occurrunt, intellectu, vt et de eo, an notarii,*

i) in gloss. lat. sub. v. h.

k) act. conc. tom. 5. p. 529. seq. p. 546. c. 2. conf. p. 577. c. 2. p. 784. c. 2.

l) in vita Iulii I. PP. p. 91.

m) in vit. Nicol. III. PP.

n) ep. 15. lib. 4. Deinde graue mihi est, quia irrisiones illas, quas habere notarii adhuc pueri solent, vsque hodie frater meus Ioannes in lingua sua

rii, qui vixere, ecclesiastici, immunes profus fuerint, a sermonis barbari inculrique affectatione, qua de MABILLONIVS loquitur in de re diplomatica, o) et nimia festinatione, quae, licet scribendi celeritas virtus fuerit notariorum, in vitio tamen ponitur. Testem huius rei adduco GAUDENTIVM Brixiensem, qui conciones a se habitas quidem, at festinanter ita a ciuium notariis exceptas, suas esse negat. p)

CAPVT VIII

DE

NUMERO NOTARIORVM
ECCLESIASTICORVM.

§. I.

Quod ad numerum attinet notariorum, paucis quidem verbis ostendi potest ac debet, variasse illum pro temporum ratione, diuersaque et ecclesiae, et antistitum illius conditione. Ac primitus septem in ecclesia romana notarios fuisse, de eo nihil quicquam dubitant eruditi, a) ad testimonium vtplurimum ANASTASII prouocantes; qui tot a Clemente ordinatos, nec numerum hunc vel imminutum vel adactum fuisse Fabiani aetate, in vitis illorum refert. Verba ipsa adscribere superfedeo, quia iam supra posita leguntur in *dissertat. I. cap. IV. de origine not. ecclesiast.* Sed in ecclesia graecae totidem praecise ab initio constitutos qui existimet, ego equidem neminem haectenus reperi. Interea a veritatis tramite non

sua retinet. Mordaciter loquitur, et quasi de tali astutia lactatur. Amicis praesentibus blanditur, de absentibus obloquitur. — Emenda illos mores notarii.

o) lib. 2. c. 1. §. 4.

p) in praef. ad seruum Christi Be-neuolum. vid. *magn. biblioth. patrum* tom. 2. p. 3. 4.

a) BARONIVS, MEVRIVS, SVICERVS, alii.

non defleunt illi, qui plures in illa extitisse arbitrantur. Probo id ex eo, quia graeci mox primicerios delegerunt notariorum, i. e. vt explicatius dicam, summos, reliquis praefectos. Frustra autem hoc factum esset, ni plures tum fuissent, superiori quodam indigentes. Nec ipsa ecclesia romana, septenario numero contenta semper fuit. Auctis enim officii notariorum, effectum est, vt obeundis illis haud satis essent septem: quapropter res ipsa docuit alios illis addere. Testimonium in re nota qui requirit, eum ablego ad Syluestri papae I. canonem siue constitutionem, qua in quatuordecim notariorum fit mentio. b) Constitutionem excipiant GREGORII M. epistolae, quae nomina commemorant plurima notariorum, qui tum fuere, Aemiliani, c) sc. Agnelli, d) Benenati, e) Bonifacii, f) Castorii, g) Eugenii, h) Hadriani, i) Hilarii, k) Hyppolyti, l) Ioannis, m) Pantaleonis, n) Paterii, o) Petronii, p) Petri, q) Primogeniti, r) Salerii, s) et Valeriani. t) Imo praeter hos et alios tum extitisse, non potest ambigi, cum, quod mireris, nimium quantum sub Gregorio munia non modo excreuerint notariorum, verum etiam vel ex epistolis ipsis, quas citavi, ostendi possit, notariorum quandam Constantino- poli degisse apocrisarium agentem pontificis, et alios prouincis, e. g. Sardiniae, Siciliae, alios rursus S. R. E. interuuisse.

N 2

His

- b) *act. conc.* tom. I. p. 595.
 c) GREG. M. lib. 9. ep. 22.
 d) ID. lib. 3. ep. 6.
 e) ID. lib. 2. ep. 27. ind. XI. lib. 12. ep. 30.
 f) ID. lib. 2. ep. 41. ind. XI. lib. 7. ep. 1. ind. 1. ep. 45. ind. 2. lib. 9. ep. 18. lib. XI. ep. 27.
 g) ID. lib. 2. ep. 54. 55. ind. XI. lib. 4. ep. 23. 49. lib. 5. ep. 24. 29. 30. 35. lib. 7. ep. 9. 78. 82. ind. 2. lib. 10. ep. 9.
 h) ID. lib. 7. ep. 39. ind. 2.
 i) ID. lib. 7. ep. 39. ind. 2. lib. 8. ep. 22. lib. 9. ep. 44. 47. lib. XI. ep. 23.
 k) ID. lib. 8. ep. 64.
 l) ID. lib. 3. ep. 2. 4.
 m) ID. lib. 2. ep. 34. ind. 10. ep. 36. ind. XI.
 n) ID. lib. 2. ep. 40. 41. ind. XI. lib. 7. ep. 27. ind. 1. ep. 45. ind. 2. lib. 8. ep. 65. lib. 9. ep. 21. lib. 10. ep. 45. lib. XI. ep. 41.
 o) ID. lib. 4. ep. 25. lib. 5. ep. 12. lib. 9. ep. 33.
 p) ID. lib. 1. ep. 63.
 q) ID. lib. 2. ep. 1. ind. 10. lib. 4. ep. 9.
 r) ID. lib. 10. ep. 15.
 s) ID. lib. 7. ep. 59. ind. 2. lib. 9. ep. 43.
 t) ID. lib. 7. ep. 72. 74. ind. 2.

His accedant concilii Constantiensis et Basileensis acta, ex quibus discimus, magistros, u) canonicum, x) baccalaureum in decretis, y) secretarium, z) verbo, eos quoque, qui tales antea non erant, notarios constitutos esse concil. quid quod ordinatis, necessitate id suadente, alios adiunctos esse a patribus de actis potius, quam numero sollicitis. Tandem consideremus id, quod MACER scribit, a) Sixtum papam V. ad duodenarium numerum protonotarios auxisse. Animaduersio enim haecce eo nobis proderit, vt, cum tot protonotariatus dignitate ornatos esse cognoscimus, coniectura perspicere possimus, notariorum numerum insigniter a Sixto auctum esse.

§. II. Ab ecclesiis transeo ad patres, doctores et episcopos illarum. Quos numerum non curasse, sed vel vnum, vel plures sibi adsciuisse, prout cuiusque facultas ferebat, aut dignitas vsusque exposcebat, temporis item vel copia, vel inopia, diuitiarum porro minimum ab aliis suppeditatarum, vel affluxus, vel defectus, et si quae aliae sunt causae, quia nemo ignorabit, longis verborum ambagibus adstruere praetermitto, pauca tantummodo propositurus. Origeni alexandrino, Adamantio dicto ob indefessum in scribendo legendoque studium, septem notarios, quod vnumquemque memoria hic repetere volo, Ambrosius suppeditauit, ab HIERONYMO b) memoratus, alexandrinae ecclesiae diaconus, vir nobilis, diues et eruditus. Cyprianum autem, Hieronymum, Basilium aliosque, nec plures, nec pauciores habuisse, nemo, opinor, asserere audebit. Dein, vti ex actis concilii constantinopolitani A. D. 448. sub Flauiano celebrati, scire licet nomina haec quinque c) notariorum illius, *Asterius, Aetius, Nonnus, Asclepiades, Procopius*, sic vnum amplius notarium Dioscoro episcopo alexandr. Iuuenali episc. hierosolymit. Thallasio episc. Caesareae Cappadociae, Stephano episcopo epheso

u) act. conc. tom. 4. p. 252. c. 1.
p. 435. c. 2.

x) act. conc. tom. 4. p. 426. c. 2.

y) act. conc. tom. 4. p. 426. c. 2. et
p. 428. c. 2.

z) act. conc. tom. 4. p. 425. c. 1.

a) in hierolox. voc. protonot.

b) in cat. script. eccles. c. 56. et

61.

c) act. conc. tom. 2. p. 176. c. 1.

fino et Georgio archiepiscopo Cpolitano fuisse, ex actis liquet concilii ephefini, quod praedatorium vocant, et Cpolitani VI. Illa enim de notariis loquuntur singulorum episcoporum, quos memoravi; d) in his vero mentio fit crebra eorum, qui primicerii erant notariorum Georgii sanctissimi archiep. Cpolit. Constantini e) nempe et Theodori. f) Atque vel duodecim numero notarios patriarchicos fuisse in ecclesia graeca, ex verbis apparet BALSAMONIS, de Charthop. et Proteccl. quae fide refero MEVRSII: g) τὸ δὲ πρῶτον εἶδος τῶν χαρτοφύλακων δωδεκάδὸς πατριαρχικῶν νοταρίων ἀνοπισίαν ἔχοντων πρὸς θήσεις ἀνεροῦσιν συνετώτατε. Ceterum Carolus Magnus, ut dictum est in capite III. de *diuisione notariorum*, legem tulit, ut vnusquisque episcopus et abbas notarium suum habeat, et concilium Mediolanense I. sub Carolo Borromaeo habitum sanxit, ut *singuli*, (episcopi) *collegium notariorum curiae episcopalis primo quoque tempore instituendum curent, quod certum numerum pro suae dioecesis conditione contineat.* h) Quod si obseruemus, sub aeuum Caroli M. episcopis et abbatibus vel nullos fuisse notarios, vel plurium loco vnum duntaxat ministerio singulorum se addicere debuisse, et circa tempora illa, quibus concilium Mediolanense I. actum, notariorum numerum, qui episcopis inseruiebant, diuersum valde fuisse, nullo capiemus negotio.

N 3

CAPVT

d) vid. *act. conc.* tom. 2. p. 143. c. 1. 2. Quo ex loco itidem constat, episcopos ad concilia proficiscentes, notarios suos secum adduxisse, qui gesta synodalia notis excipere tenebantur, quo scilicet (verbis vtor HENRICI VALESII, vid. EI. *annor. in libr. 2. H. E. Euagrii* c. 18.) *scripta synodo codicem actorum singuli referent in patriam.*

e) *act. conc.* tom. 3. p. 282. c. 1. p. 284. c. 2. p. 304. c. 1. p. 321. c. 1. p. 329. c. 2. p. 338. c. 2.

f) *act. conc.* tom. 3. p. 344. c. 1. p. 347. c. 1. p. 349. c. 1.

g) in *gloss. gr. barb. v. notarios.*

h) *act. conc.* tom. 5. p. 529. c. 1.



CAPVT IX.

DE

DIGNITATE NOTARIORVM
ECCLESIASTICORVM.

§. I.

Intelligimus, opinor, quomodo variarit notariorum eccl. numerus. Nunc etiam dignitas eorum considerata venit. Quodsi instituti mei esset de notariis agere ciuilibus, quamplurima hic afferre minime foret difficile, quippe multa transferri possent ex BARTHII lucubrationibus, viri eruditionis notissimae, a) PETRI GREGORII THOLOSANI syntagmate iur. vniu. b) *Sam. PETITO* in leges Atticas, c) WOLFFG. LAZII comment. reip. rom. d) MABILLONIO, e) D. WEDELIO f) aliorumque scriptis. At his in praesentia dimissis, dicendum erit de conditione notariorum ecclesiasticorum, quae et antiquitas et secutis aetatibus fuerit apud latinos non modo, verum etiam graecos. Primo igitur adtendendum est, a prima sua origine in honore illos fuisse. Quis iste fuerit, aut qualis, certo definire non valeo. Fuisse autem, cum negotium ipsorum arguit, quod, versemus licet illud agitemusque vt volumus, omni ex parte nobile, decorum, honestum, tum hoc ipsum argumento est, quod ab vltimis temporibus publice constituti, ecclesiae operam nauarunt, tantum abest, vt sicut alii scribae, operae seruilis ministri habiti.

§. II. De secutis autem aetatibus mentionem facientes eo respicimus, quod dignitas notariorum eccl. adeo excreuerit, vt maioribus, imo summis interdum admoti fuerint officijs.

a) vid. *Et. adu.* I. 50. c. I. p. 324. sq.

b) lib. 47. c. 42. §. 14.

c) p. 257. sq.

d) lib. 2. c. 4. p. 125.

e) vid. *Et. libri de re diplom.*

f) vid. *Et. exercit. medico-philolog. sacr. et prof.* cent. 2. dec. IV. exercit. IV. de dignitate notariorum.

officiis. Atque in ecclesia graeca se rem ita habuisse, admoneri possumus, cum ratione hac, qui graecus protonotarius *θύρα* quondam erat τῶν ἐξουκτασιῶν, g) *ianua exocataeolorum*, quod idem est, ac si dicas, proximus a primis illis officialibus ecclesiae Cpolitanae, h) tum exemplis, S. Athanasii, Alexandri episcopi alexandrini notarii, i) qui episcopatu hoc dignus tandem est iudicatus; k) eorum, qui primicerii erant notario- rum, insimulque vel presbyteri, l) vel archidiaconi, m) vel diaconi; n) Asclepiadis o) porro, Palladii, p) Dori, q) Eli- faei, r) Acacii, s) Christodori, t) Andreae, u) Calonymi x) Pauli, y) Macarii, z) Iuliani, a) Theodori, b) Theoduli, c) Photini, d) Thomae, e) Salomonis, f) Petri, g) Constanti- ni, h) Cosmae, i) Gregorii, k) Georgii, l) Theodo- ri, m) Ioannis, n) Victoris, o) qui diaconi erant ac no- tarii,

g) CODIN. de offic. Cpolit. p. 2. 3. conf. p. 5.

h) Magno oeconomio, magno fa- cellario, magno sceuophylace, ma- gno chattophylace, facello praepo- sito, et protedico. Vnde GOARVS ita ad haec verba *θύρα τῶν ἐξουκτασί- ων*: Eo quod officium adeptus inter omnium supremos et ἐξω τῶν κατωτέρων extra numerum inferiorum incipiat nu- merari. Protedico vero nondum esse superius, erat adhuc protonotarius *θύρα τῶν ἐξ κατωτέρων* ianua ad nume- rum sex illorum patriarcha inferiorum attingendum. vid. GOAR. not. in cap. 2. Codin. de off. Cpol. p. 12. n. 17.

i) SOZOM. H. E. lib. 2. cap. 17.

k) ID. loc. cit.

l) vt Petrus, *act. conc.* tom. I. p. 985. etc. et Ioannes *act. conc.* tom. 2. p. 141. c. I.

m) vt Aetius ac Diodorus. *act. conc.* tom. 2. p. 229. p. 671. c. I. etc.

n) vt Euphemius, *act. conc.* tom. 2. p. 579. etc. Constantinus, *act. conc.*

tom. 3. p. 282. c. I. etc. atque Theo- dorus *act. conc.* tom. 3. p. 344. etc.

o) *act. conc.* tom. 2. p. 234. c. 2.

p) *act. conc.* tom. 2. p. 239. c. 2.

q) *act. conc.* tom. 2. p. 580. c. I.

r) *act. conc.* tom. 2. p. 624. c. I.

s) *act. conc.* tom. 2. p. 638. c. I.

t) *ibidem.*

u) *act. conc.* tom. 2. p. 641. c. I.

x) *ibidem.*

y) *act. conc.* tom. 2. p. 645. c. I.

z) *ibidem.*

a) *act. conc.* tom. 2. p. 722. c. I.

b) *act. conc.* tom. 2. p. 699. c. I.

c) *act. conc.* tom. 2. p. 710. c. 2.

d) *act. conc.* tom. 2. p. 713.

e) *act. conc.* tom. 2. p. 755. c. I.

f) *act. conc.* tom. 3. p. 239. c. I.

g) *act. conc.* tom. 3. p. 242. c. I.

h) *act. conc.* tom. 3. p. 461. c. 2.

i) *act. conc.* tom. 3. p. 467. c. 2.

k) *act. conc.* tom. 3. p. 499. c. I.

l) *act. conc.* tom. 3. p. 500. c. I.

m) *act. conc.* tom. 3. p. 506. c. I.

n) *act. conc.* tom. 3. p. 507. et

508.

o) *act. conc.* tom. 3. p. 508. c. 2.

tarii, et aliorum denique, quos magno nunc adducere possem numero.

§. III. Sed ad intellectum rei satis dictum est. Igitur ecclesiam potius latinam intueamur, de qua, vt secus sentiamus, nulla est ratio, quae nos moueat. Quis enim negare audet Petri ac Mennae, vel Minae notariorum, prius fieri mentionem in concilio Cpolit. sub Menna celebrato A. D. 536, quam subdiaconorum et procuratorum reliquorum clericorum? p) Gregorii M. aetate, Petrum notarium, subdiaconum etiam fuisse, imo notarios, subdiaconos, et defensores, viros alias illustres ac potentes, aequales fuisse, si ad dignitatis gradum animum referimus, inaequalitatem vero omnem ex annis fortean dependisse, quos singuli in munere suo exegerant, haud aegre vnicuique persuaderi posse ex inscriptione epist. XXXIX. lib. VII. ind. 2. registri eiusdem GREGORII M. q) Quis nescit Leonem Lateranensis ecclesiae protoscriniarium, pontificem creatum esse a clero aequae ac populo romano? r) protonotarios non solum in actis concilii Ferrariensis A. C. 1438. habiti, abbatibus antepositos legi, verum et antecessisse illos, quando Fridericus III. imp. urbem ingrediebatur? s) Petrum protonotarium archidiaconi Bononiensis, episcopi Ceruensis, ac demum pontificis dignitate, auctum esse? t) vt ceterorum momentorum mentione abstineamus.

CAPVT

p) Vid. *act. conc.* tom. 2. p. 579. c. 2. p. 626. c. 1. conf. p. 642. c. 1. p. 645. c. 2.

q) quae haec est: *Gregorius Romano defensori, Fantino defensori, Sabiniano subdiacono, Hadriano notario, Eugenio notario, Felici subdiacono, Sergio defensori, Bonifacio defensori, a paribus et sex patronis.*

r) vid. PLATIN. in *vit. Ioann. XIII. et Leon. VIII. conf. illustr. vet. script. ex bibliob. IO. PISTORII NIDANI* p. 81. et *german. script. ab eod. PISTORIO edit.* p. 373.

s) vid. *germ. rer. script. var.* tom. 3. a MARQUARDO FREHERO edit. p. 15.

t) vid. PLATIN. in *vit. Pauli II.* pp.



CAPVT X.

DE

TITVLIS NOTARIORVM
ECCLESIASTICORVM.

§. I.

Quod vnum superest, titulos recensimus notariorum ecclesiasticorum, et gradus eorum indices, et virtutis, et affectus, quo alii illos sunt profecuti. *Reuerendissimi* appellantur a Flauiano archiepiscopo Cpolitano, a) qui et *religiosissimos* eos vocat b) vna cum Flauio Florentio magnificentiss. ex praefectis vrbs, et praefecto praetorii sexies et ex consule, et patricio. c) *Deo amantiissimi* d) nominantur in actis concilii. Cpolit. A. D. 556. congregati. e) *Venerabilis* salutantur in actis concilii eiusdem: f) *Venerabilissimi* a Menna praefide concilii istius: g) *Deum colentes* in act. XIV. conc. VI.

a) vid. *act. conc.* tom. 2. p. 162. c. 2. conf. p. 671. c. 1. p. 677. c. 2. p. 678. c. 1. 2. p. 681. c. 2. p. 634. c. 1. p. 699. c. 1. p. 710. c. 2. p. 713. c. 1. p. 733. c. 1. p. 760. c. 1. p. 768. c. 2. quibus in locis Diodorus archidiaconus memoratur et primicerius *reuerendissimorum* notariorum.

b) *act. conc.* tom. 2. p. 163. c. 2.

c) *act. conc.* tom. 2. p. 177. c. 1.

d) Seu *Deo amabiles act. conc.* tom. 3. p. 282. c. 1. p. 284. c. 2. p. 304. c. 1. p. 321. c. 1. p. 329. c. 2. p. 344. c. 1. p. 347. c. 1. p. 349. c. 1. p. 357. c. 1. vbi Constantinum offendimus ac Theodorum, vtrumque diaconum sanctissimae Dei catholicae et

apostolicae magnae ecclesiae, et primicerium *Deo amabilium* notariorum Georgii sanctissimi Patriarchae Const.

e) *act. conc.* t. 2. p. 579. c. 2.

f) *act. conc.* tom. 2. p. 626. c. 1. p. 642. c. 1. p. 645. c. 2.

g) *act. conc.* tom. 2. p. 594. c. 1. p. 648. c. 2. Vel in transcursu hic moneo, patrem Gasparem Volaterranum apostolici throni protonotarium, *ἀδελφωτάρον* seu *venerabilissimum* appellari in fine Codicis regii 3219. membranacei, quo Aeliani Tactica continentur, Leonis imperatoris Tactica, et Gregorii Cyprii de prouerbiis. vid. MONTEFALC. *palaeogr. gr.* lib. 1. c. VII. p. 81.

O

VI. Cpolit. h) *et dilecti filii* a Iulio II. i) Leoni papae I. Dulcius, notarius est *probatae fidei*, k) et Epiphanius notarius, *filii* l) illi audit. Aterius *deuotissimus* exceptor in actis occurrit concil. Cpolit. II. A. D. 449. in caussa Eutythis celebrati. m) Castorium apostolicae sedis notarium, reuerendissimum dicit *conseruum suum* Ioannes episcopus Rauennatensis. n) Constantinum sacri patriarchatus notarium, *diuincrum amantissimum* nuncupatum esse, o) vel *virum diuincorum studiosissimum*, p) vel absolute, *studiosissimum*, q) ex actis discimus concilii nicaeni II. Valentinus pelagii notarius, PLATINAE r) *vir probatae fidei et religionis*. Denique primicerius notariorum, seu protonotarius, *filii*, vel *dilectissimi*, vel *reuerendi patris*, vel *μεγαλειοτατης* titulo est insignitus, id quod ex VIGILII papae litteris, quibus Rustico sacris interdicit, et Sebastiano, diaconis romanae sanctae ecclesiae, aliisque, s) Martini verbis, episcopi romani, t) actis item concilii Basileensis, u) et MONTIFALCONIO x) est manifestum.

§. II. Equidem me non praeterit, et silentiarium, y) scrutatores votorum, vtriusque iuris doctores, et concilii procuratores ac promotores, z) monachos, a) archi-

- h) *act. conc. tom. 3. p. 338. c. 2.* p) *ibidem.*
 i) nominatim, Nicolaus Lipamans, Franciscus Spinula, Alphonsus de Lerma, Paulus de Cesis, Benedictus Trulleti, Bernardus Sculteti, Bernardinus de Conteras, Franciscus de Atauantis, notarii ac scribae conc. Lateranensis sub Iulio II. *acti. vid. act. conc. tom. V. p. 26. c. 2.* q) *act. conc. tom. 3. p. 462. c. 1.*
 r) in *vit. Pelag. I. PP.*
 s) *vid. act. conc. tom. 2. p. 760. c. 2.*
 t) *act. conc. tom. 3. p. 96. c. 2.*
 u) *act. conc. tom. 4. p. 454. c. 2.*
 x) *vid. EI. palaeogr. gr. lib. VI. c. 1. p. 396.*
 y) *deuotiss. act. conc. tom. 2. p. 187. c. 2.*
 z) *dilect. fil. act. conc. tom. 4. p. 252.*
 a) *reuerendiss. act. conc. tom. 2. p. 270. c. 2. venerab. act. conc. tom. 2. p. 642. c. 1.*
 k) *act. conc. tom. 2. p. 39. c. 2. conf. p. 36. c. 2.*
 l) *act. conc. tom. 2. p. 42. c. 2.*
 m) *act. conc. t. 2. p. 177. c. 2.*
 n) GREGOR. M. lib. 2. ep. 55. ind. XI.
 o) *act. conc. tom. 3. p. 461. c. 2.*

archimandritas, b) abbates, c) clericos, d) diaconos, e) presbyteros, f) ac episcopos, g) honorifice ita appellatos esse: tantum abest, vt titulos, quos commemorari notariis ecclesiasticis vnice adtributos esse defendam. Neque etiam est, cur inficiemur, nomina illa maiorem quoad partem forsitan notariis indita esse, ob officia alia, quae gerere erant soliti. Sed absolum fuerit, vtrumque hoc momentum reputantes secum, negare id, quod factio ipso persuadetur, notarios, sic veteres indiguisse, et qui illos postea secuti. Quo euicto, nemo, qui mentis potestate non exierit, abnuet, quos exhibuimus, titulos vocari posse notariorum ecclesiasticorum. Et haec in breuem quandam *περίληψιν* de notariis ecclesiasticis sufficiant, quibus expeditis,

DEO SIT HONOS.

- b) *reuerendiss. act. conc. tom. 2. p. 144. c. 2. Deo amantiss. act. conc. t. 2. p. 624. c. 2.*
 c) *venerab. act. conc. t. 3. p. 101. c. 1.*
 d) *reuerendiss. act. conc. t. 2. p. 230. c. 2.*
 e) *venerab. act. conc. t. 2. p. 638. c. 1. p. 640. c. 2. reuerendiss. act. conc. t. 2. p. 163. c. 1. p. 185. c. 1. etc. fil. act. conc. t. 2. p. 39. c. 2.*
- f) *venerab. act. conc. t. 2. p. 170. c. 1. reuerendiss. act. conc. t. 2. p. 166. c. 1. religiosiss. act. conc. t. 2. p. 163. c. 2. p. 201. c. 1. etc.*
 g) *reuerendiss. act. conc. t. 2. p. 141. c. 1. p. 143. c. 1. p. 229. c. 1. etc. religiosiss. act. conc. t. 2. p. 143. c. 1. p. 149. c. 1. etc. Deo amantiss. act. conc. t. 2. p. 168. c. 2. p. 169. c. 2. etc. dilectiss. act. conc. t. 3. p. 120. c. 1.*






Helmut, Diss., 1714-15

ULB Halle
005 356 75X

3







H.ür. 2. num. 8.

15

18.
IOH. ANDREAE SCHMIDII
IN ACAD. REG. DVC. IVL. THEOL. D. ET PROF. PVBL.
ABBATIS MARIAEVALL. ORDIN. THEOL. SENIORIS

DE

Helms 1715, 5

NOTARIIS ECCLESIAE
TVM ORIENTALIS
TVM OCCIDENTALIS
DISSERTATIONVM TRIGA.

P. 12.

DENVO EDIDIT

IOHANNES CHRISTIANVS LEVSCHNERVS

A. M.

SCHOLAE HIRSCHBERGENSIS PRORECTOR.



L I P S I A E

APVD IOH. CHRISTIAN. LANGENHEMIVM.

1 7 5 6.

